



Martini Lutheri In divae virginis Mariae, Zachariaeq?[ue]; Odas, Magnificat puta & Benedictus commentarij.

<https://hdl.handle.net/1874/424058>

MARTI

NI LVTHERI IN DIVAE
uirginis Marie, Zachariae q; Odas,
Magnificat puta et Benedictus
Commentarij.

Argentorati, Anno
M.D.XXVI.



EPISTOLA
ILLVSTRISI-

MO PRINCIPI AC DOMINO,
domino Iohāni Fridricho, Saxoniæ duci, Du-
ringiæ Präfidi, Myſnæq; Marchioni, domino
& Patrono suo clementissimo Martinus
Luther Gratiam & pacem.



ILLVSTRIS
sime Princeps,
clementiae tuae li-
teras, mihi no-
uisime reddi-
tas, pro subditi
officio suscep-
ti, neq; non Prin-
ceps earum ar-
gumentum, con-
solationis sane

plenisimum, exorrecta fronde, altare postum mente per-
pendi. Postquam uero C. T. iamdiu uirgineum illud Epi-
thalamion, cuius initium est Magnificat, pollicitus fuerim
interpretari clarius (a quo tamen instituto, impij multo
rum aduersariorum conatus, metam repetitis uicibus auo-
carunt) iam nunc, T. C. literis, hoc libello respondere
tandem decreui (timens dilationem hanc meam, rubori

et

Et uerecundiae olim fore mihi, ulteriorisq; prætextum ex
cusationis non ualitum porro ne non promoueretur
C. T. inclitus iuuenilis animus ad sacræ Scripturæ amo
rem, perq; maiorem illius usum magis effervesceret &
confortaretur: ad quam rem, T. C. Deitum gratiam
tum iuuamen imprecor, quandoquidem id summe necessa
rium sit, quū extam magni Principis persona salus mul
torum pendeat, si creptus ipse sibi, per diuinam gratiam
gubernetur: econtra, multorum interitus, si permisus
ipse sibi citra gratiam dirigatur. Tametsi enim cunctoru
corda mortalium, sint in omnia potenti manu Dei, non
frustra tamen de Regibus modo & Principibus proditū
est diuinitus. Cor Regis in manu Dei. Qui uertere potis
est ipsum, quoquò lubitum fuerit. Quo Deus timorem sūt
incutere uult optimatibus, ut discat simul, quomodo pror
sum nihil ne cogitare quidem in animo possint, quod non
sigillatum Deus illis ingesscrit. Aliorum hominum opera
tio, uel sibi tantum ipsis uel paucis alioqui commodum ad
fert uel incōmodum. Principes uero & Magistratus in
hoc solum constituti sunt, ut alijs uel profint, uel obsint,
hoc amplius, quo plures moderantur imperij habenas,
quoq; pluribus præsunt. Quam ob causam & Scriptu
ra pios timenteis q; Deum Principes, Angelos Dei, immo
& Deos uocat. Rursum impios, noxiosq; Principes leo
nes, dracones, & sauiētes bestias adpellat. Quos & De
us ipse quatuor plagarum suarum unam nominat, quoniam
pestem, caritatem amionæ, bella, trucesq; feras recenset.

A 2 Quia

M. L V T H E R I

Quia ergo humanum cor è sui natura, carne & sanguine, nihil non facilime præsumit, siq; dominatus, diuitiae, honos præterea expetant, plus & quo tanta occasione ad te merariam securitatem concitatur, usque adeo, ut uel Dei sui obliuione ducatur: subditorum suorum nullam gerat curam: relictóque impune peccandi loco laxis oberret loris, & in feram permuteatur: fit etiam, ut suo Genio tantum indulgens Princeps, nomine quidem dominum, re uero ipsa bestiam agat, ut uel ideo è Sapientibus Bias recte dixerit: Magistratu virum ostendi. Dominatus enim quem uis, qualis sit exhibit, quod paenæ timore miserum uulgas non audeat contrauenire studijs Magistratus & imperijs, uel impijs. Hinc omni potestati prorsum necesse est, quia parum ab homine sibi timere habeat, DEVUM in primis uereri. Ipsumq; & ipsius opera probe cognoscere, anxiaq; inambulare sollicitudine, perinde atq; Paulus Roman. 12. ait: Qui præsidet in sollicitudine. Proinde in uniuersa Scriptura nihil est, quod æque Magistratum concernat, atq; hoc sacro sanctum benedictæ matris Dei canticum. Quod profecto nullis non optime regnare cupientibus, ac bonis esse laborantibus, probe perdiscendum, cōseruandumq; est. Canit hic certe uirgo mater longe omnium iucundissime. Primum, de timore Dei. Subinde quis sit deus noster, quæq; illius officia, maxime uero, quæ sint eius opera summis in statibus & imis. Aduertat ali us mentem ad ea, quæ cantillantur ab amica carnali quodā carmine. Huic uero tam morata uirgini & quum est au scultare

scultare Principem & Heroa, quæ spiritale, castum, sa-
lutarēq; præcinit Carmen. Neq; uero iniqua consuetudo
est in templis uulgo canticum hoc singulari quodam ritu
& sonore decantari, in uesperis (ut uocant) precibus. At
qui ipsius decorē matris Dei mibi spiritus donetur, qui
hoc ipsius canticum, cum bona fruge uereq; interpre-
tur. T. C. uero nobisq; omnibus salubris intellectus, ut in
de laude dignam auſpicari uitam, postq; in sempiter-
na patria laudare & decantare queamus æternū
illud Magnificat. Quod Deus faxit. His T. C.
me commendatum uolo, supplex orans. T.
C. exileis meas uires non dedignetur bo-
na uoluntate suscipere. Vuitember
ge quinto idus Martij, anno Chri-
sti. 1521.

A 3 Diue

M. LVTH. SVPER MAGNIS

DIVAE VIR

GINIS MARIAE CAN-
ticum Luce primo;

1. Magnificat anima mea Dominum.
2. Et exultauit spiritus meus in Deo Saluatore meo.
3. Quia respexit ad abiectionē ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
4. Quia fecit mihi magnifica, qui potens est & sanctum nomen eius.
5. Et misericordia eius in progeniem & progeniem, timentibus ipsum.
6. Operatur potenter in brachio suo, dispersit superbos cogitatione cordis ipsorum.
7. Deposit potentes de sedibus, & exaltauit abiectos
8. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes
9. Suscepit Israëlem puerum suum, recordatus misericordiae.
10. Sicut locutus est ad patres nostros, ipsi Abraham et semini eius in secula.

P R A E F A T I O.

Vthoc sanctissimum Carmen ordine intelligatur, obseruandum est beatam uirginem, & sua ipsius experientia, & doctam scilicet & illustratam per spiritum sanctum, loqui. Nemo enim neq; Deum, neq; Dei uerbum

uerbum uere intelligit, nisi immediate à spiritu sancto id ipsum habuerit. Enim uero à spiritu sancto non cuiquam id obueniet, nisi experiatur, probet & sentiat. In hac ipsa experientia, ceu in Gymnasio quodam suo (extra qd' nihil docetur, præter fucum uerborum inanem, garrulitatemq; leuem) doctorem agit diuinus spiritus. Hoc pæsto beata uirgo (ubi iam experta esset, Deum tam magnifica in ipsa operari, cum tamen humilis & abiecta, nullius existimatiois, misera despecta q; esset) à spiritu sancto diuitem hanc tum scientiam, tum sapientiam asequitur, nempe eiusmodi partes esse Dei, ut euehat humilem: et atum deisciat: ac breuiter, compositum frangat, fractumque componat.

Quemadmodum enim in principio creaturarū mundi hunc ex nihilo condidit, unde Conditoris & Omnipotentis ipsi nomen: ita hodie quoque in eadem sententia & natura perseverat operandi, impermutabiliter: Omniaq; opera eius usque ad finem mundi sunt eiusmodi, ut ex eo quod nihil, uile, despectum, profligatum, mortuum est, quippiam pretiosi, honorifici, beati & uiui conficiat. Rursum: Quicquid aliquid, preciosum, honorificū, beatum, uiuumq; est, ad nihilum, humilitatem, contemptum, profligationem & mortē redigat (quo modo nulla creaturarum operari potest: neq; enim ex nihilo facere potest quicquam) ita ut oculi eius in humilia & ualles modo respiquant, non insublimia & montes, Daniele testimonium dicente tertio capite. Sedes super Cherubim, in ueris.

M. LVTH. SVPER MAGNI-

abyssos. Et Psal. 137. Quoniam excelsus dominus & hu-
milia respicit, et alta à longe cognoscit. Et Psal. 112. Qui
sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat, et humili-
lia respicit in cœlo & in terra? Quia uero est altissimus,
neq; quicquam eo sublimius est, nequit attollere sursum
oculos suos, nec iuxta se dirigere uisum, cum nemo sit eius
similis aut æqualis; necesse est ergo, ut in se aut infra se re-
spiciat, et quo quisq; sub eo est abieciior & humilior,
hoc melius ab eo peruidetur.

Mundus uero & humani oculi contrario more subli-
mia tantum contemplantur, cupientes omnino esse ma-
gni, ut Solomon iestatur Proverb. 30. cap. Generatio, in
quiens, cuius excelsi sunt oculi, et palpebrae eius in alta
surrexerunt. Ipsi quoq; experimur indies, ut nemo non ad al-
tiora, ad honores, potestates, diuitias, artes, delicatam ui-
tam, adcoq; quicquid magnificum est, contendat. Hoc ge-
nus homines, sicubi sint, nemo non applaudit ijs: accurri-
tur isti hinc, promptum adest obsequium, omnes adesse uo-
lunt, fastigijq; consortes fieri, ut non temere in Scriptura
pauci admodum Reges, et boni Principes conscripti sint.
E contrario, in humilia & profunda, nemo est, qui respici-
at. Et à paupertate, ignominia, calamitate, ærumpa &
angustia nemo non auertit oculos. Hoc q; genus homines
sicubi sint, nemo non uitat, refugit, abhorret, deseruntur
ab omnibus: nemo auxiliatur illis: nemo assistit: nemo effi-
cit, ut aliquid sint. Coguntur deniq; in despectorum uili-
& abiectione permanere loco. Neq; quenquam est cernere
conditorcm

conditorem inter homines, qui ex nihilo quicquam facere laboret, etiam si Paulus Rom. 12. hoc ipsum det in mandatis. Non arroganter, inquit, de uobis ipsis sentientes, sed humilibus uos accommodantes.

Solus igitur Deus est eius naturae, ut in ima et calamitosa defigat oculos, siq; proxime illos, qui in imo haeret, adeo q; ut Petrus resert, superbis resistat, humilibus uero gratiam impertiat. Et hic est fons, ex quo tum charitas, tu laus Dei promanat. Nemo enim Deum laudauerit unquam, ni prius dilexerit: nemo dilexerit, ni prius amansime et iucundissime cognitus sibi fuerit Deus. In hunc modum non est q; agnosciri possit, ni per sua opera nobis exhibita, percepta et comperta. Vbi uero cognitum fuerit Deum eius esse animi, ut in ima defigat oculos, auxilietur q; modo ijs, qui inopes, qui contempti, exules, et rumnosi, destituti, et nihil sunt. Ibi uero ex intimo pectore deamatur, ibi cor exundat, et lachrumat gaudia, saltat et exilit, ex optima opinione, quam de Deo in Deo concepit. Illic deum spiritus residet Paracletus, qui exuberantissimam illam artem et uoluptatem, tui experientia, docet.

Ob hanc causam Deus opt. mortem et crucem Christi, celiuicibus nostris imposuit, unde cum innumeris afflictionibus et pressuris, quas loque diletissimis liberis suis Christianis elargitus est, quos et interdum in grande scelus prouolui finit, ut omnino plurimum in ima respicere, multis operi ferre, multa operari, se seq; uerum exhibere conditorem quecat, hinc q; se cognitum, amore et laude dignum

M. LVTH. SVPER MAGNI-

reddere possit, in quo tamen mundus petus, limisq; nō mo-
rigeratur illi, sed potius affectui eius, operationi, admini-
culationi, cognitioni, amori & laudi eius impedimento est,
eum præterea uniuerso honore, seipsum uero gaudio ho-
rum & felicitate priuat. Hac ratione filium suum unice
charū, in abyssos totius calamitatis deiecit, ac in ipso pre-
cipue, respectū suum, opus, auxiliū, naturam, consilium,
uoluntatemq; cōmonstrauit, in quem, ceu scopum, hoc to-
tum uergat tandem. Quapropter & Christus huius rei
experius prorsum, in omne æui, plenus dilectionis & lau-
dis Dei permanet. id quod & Psal. 15. testatur. Saturitas
læticiarum à cōspectu tuo. Vel, Adimplesti eū læticia ante
cōspectū tuum, hoc est, ex tui meditatione et cognitione
gaudiū uenit mortalib. Quid et Psal. 44. ostēdit, ut omnes
dici, aliud acturi sint nihil, quā ut laudēt Deū in cœlis, q.
eos in humilitate ipsorum conspexerit, ac iuxta se conspi-
cuum, amabilem, & laudabilem per hoc constituerit.

Idem hoc in carmine, decora Christi mater præstat, suæ
nos experientiæ, tum exemplo, tum uerbis docens, quo nā
pacto cognoscatur, diligatur. & laudetur Deus. Quum
enim hic se iactet, Deumq; commendet, q. resspexerit se,
tametsi humilis et nihil fuerit, credendum est, ex crumno
sis, contemptis & uilibus prognata parentibus. Atque
ut ante conspectum ponamus, ob querundam simplicitas-
tem, procul dubio Hierosolymis summorum sacerdotum
& consulum filiae, pulchre, teneræ, florentes, etate, erudi-
tæ fuerunt, ac honorificissime tractatae coram tota rea-
gione,

FICAT COMMENTARII

gione , cuiusmodi sunt & hodie Regum , principum &
diuitium , multarumq; urbium filie . Hanc contra cogitan-
dum est , in patria , quæ est Nazaret , haudquaquam Pri-
morum rem pub. administranum alicuius , cæterum pri-
uati cuiusdam & pauperis filiam ciuis fuisse , ad quam ne
mo aduenterit animum , cuius siue cura , siue existimatio ,
neminem contigerit , hanc quæ apud uicinos suos & horū
liberos simplicem fuisse puellam , cui ratio sit commissa pe-
coris , & cur à domus , nec maiore habitam loco , quam mi-
sera solet hodie domestica haberi ancilla , quæ uigilans
iussa herilia exequatur , resq; domus adornet .

Sic enim Esaias prenunciavit : Esaiæ . 11 . Egredietur uir-
ga de radice lesse , & flos de radice eius ascendet , et requi-
escet super eum spiritus Domini . Stirps & radix est pro-
genies lesse uel Dauidis , sigillatim uirgo Maria , uirga &
flos Christus . Iam quemadmodum præter omnem opinio-
nem , immo & præter fidem est , exarida putriq; stirpe &
radice uirgam & florem excrescere , ita nec obseruari po-
terat , nec apparebat , diuam uirginem Mariam , tanti fi-
lii futuram genitricem . Arbitror enim non ob hoc solum
& stirpem & radicem appellatam esse , quod super na-
turam incorrupto uirginitatis flore , mater facta sit , pe-
rinde , atque etiam naturæ modum excedit , uirgam ex
emortuo trunko pullulascere : Verum & quod regia
stirps & progenies Dauidis , quondam germinans &
florens , honorifica , præpotens , diues , & beata , sui , Salo-
monisq; temporibus , atque omnino præ oculis hominum
præclarissima

M. LVTH. SVPER MAGNIE

præclarissima res erat: in fine uero , quum Christus iam
uenturus erat, Pontifices illum honorem sibi vindicarāt,
rerum soli moderantes habenas , regia deniq; progenies
ad imam redacta paupertatem, spreta iacebat instar exci-
cati ac emortui stipitis, adeo , ut nihil spei reliquum foret,
ex hac propagari quempiam, cui hoc genus magnifici ex-
petant honores. Hec ubi spreta penitus forma , extrema
ad usq; peruererat, prodit Christus ab humili stirpe , te-
nui & exigua ex ancilla progenitus, uirga & flos pen-
trant se in lucem, ex persona , quam Dominorum Anne
& Caiphæ filie, nec dignam iudicarint, ut infimæ seruæ
officium sibi gereret. Sic Dei opera & respectus in ambu-
lant in abyssis, hominum tum opera tum respectus in sola
altitudine . Atq; hæc est ratio sui canori carminis, quod
subinde, per singula etiam uerba, audiemus.

Magnificat anima mea
dominum.

Hoc uerbi, ex ingenti ardore , ac exuberanti gaudio
progreditur, quo mens eius ac uita, omnino sese intus in
spiritu extollit: unde nec inquit, magnificatio Deum, cætes
rum mea anima. Ac si dicat: Vita & sensus mei feruntur
in Dei amore, laude, & immensa letitia, ut mihi ipsius im-
potens, magis extollar , quam ego ipsa me extollam ad
Dei laudem . Sicuti etiam accidit omnibus , qui diui-
na dulcedine & spiritu perfunduntur : ut plus persenti-
scant,

FICAT COMMENTARII.

7

scant, quam uerbis exprimere ualeant. Nec enim homi-
nis est opus, Deo cum lētitia laudem dicere. Est uero ma-
gis hilaris affectus, et solius Dei opus, quod non uerbis,
uerum propria experientia cognoscitur, sicuti David
Psalmo.33. inquit: Gustate et uidete, quoniam suavis est
Dominus, beatus vir qui sperat in eo. Prius gustare, quam
uidere ponit, quod non agnoscit posse, citra suam cuiusq;
experienciam, ad quam tamen nemo peruenit, nisi Deo ex
toto corde fidat, quom fuerit in imo, et necessitate: ideo
et drepente subiectus: Beatus vir, qui sperat in eo. Ille
enim in se Dei experietur opus, et hac ratione ad per-
ceptibilem dulcedinem, præterea ad omnem intellectum
et cognitionem perueniet.

Verba nunc singula, ordine ponderemus. Primum:

A N I M A M E A.

Scriptura hominem in tria partitur. Vbi diuus Paulus
1. Thesal. ultimo, ait: Deus pacis sanctificet uos totos, et
integer uester spiritus, et anima, et corpus, ita ut in nul-
lo possitis culpari, in aduentu Domini nostri IESV Chri-
sti seruetur. Et quodlibet horum trium unum cum toto ho-
mine, alio modo rursum in duo secernitur, que uocantur,
caro et spiritus. Quæ partitio non est essentiae, sed pro-
prietatis. Hoc est: Naturæ tres sunt partes, spiritus, ani-
ma, corpus: et omnes, siue bonæ siue malæ in uniuersum
possunt esse, id uocant tandem spiritum et carnem, de
quo hic nihil dicemus.

Prima pars, spiritus, est summa, profundissima, nobis-
lissima

M. LVTH. SVPER MAGNI

lisimāque pars hominis, qua idoneus est, incomprehensibilia, inuisibilia, ac iuxta ætherna percipere, & ut semel dicatur, domus est, in qua fides, & Dei residet uerbum, de qua & David Psalmo. 50. canit: Domine spiritum rectum innoua in uisceribus meis, id est, æque directam & non inflexam fidem. Et iterum de incredulis Psal. 77. Generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius.

Altera pars, Anima, est idem spiritus iuxta naturam cæterum iuxta diuersam operationem. Nempe per hoc, quod uiuificat corpus, perque id operatur. Ac sèpenumero in scripto pro uita, accipitur. Spiritus nanque citra corpus uitam ducere potest, corpus, citra spiritum, non potest. Hanc partem uidemus ipse, ut uel in somno sine incepsione illa, uiuat, & operetur. Estq; eius conditio, incomprehensibilia non percipere, uerum quæ ratio cognoscere, neq; non emetiri potis est. Ratio quoq; precepit lux est in hac domo, & nisi spiritus, fide, ceu maiori luce illustratus, hanc lucem rationis gubernarit, nequit sine errore consistere. Nam uilior est, quam ut quicquid in re diuina tractare queat. His duabus partibus multa scripture attribuit, præsertim uero sapientiam & scientiam, spiritui sapientiam, animæ scientiam. Deinde odium, amorem, uoluptatem, naufragium, & hoc genus alia.

Tertia, corpus est cum membris suis, cuius opera sunt mera exercitia, & usus earum rerum, quas anima cognoscit, & spiritus credit. Atque ut testem è scripture aduocemus:

emus, Moses tabernaculum ædificabat, triplici differentia-
tiq; ædificio . Primi nomenclatura erat Sanctum san-
ctorum , quod inhabitabat Deus , cui & lumen decerat.
Secundum, Sanctum nominabatur, in quo candelabrum
erat positum. septem cū canalibus & lampadibus. Terciu-
m Atrij nomine ueniebat, quod erat sub dio ante solis
claros radios. In hoc ipso typo, Christianus graphice de-
pictus est. Siquidem Spiritus eius est Sanctum sanctorum
habitaculum Dei in abscondita, & quasi tenebrosa, sis-
tne luce, fide, credit enim, quod non cernit oculis, nec sen-
tit, nec comprehendi : Anima est sanctum : illic sunt se-
ptem lampades, hoc est, omnis generis intellectus, disci-
men , scientia & cognitio corporalium & uisibilium.
Corpus eius est Atrium, quod nulli non patet, quo uide-
atur, quid nam agat, & qui uiuat.

Orat itaque Paulus : Deus pacis sanctificet uos, non
in una sola parte, uerum totos , ut spiritus , anima , &
corpus , & nihil non sanctum sit . De causa huiusc
orationis pleraq; dicenda essent, at summatim prolo-
quar . Si spiritus non fuerit sanctus , nihil omnino san-
ctum porro permanserit . Deinde summa conflictatio,
maximumq; discrimen in spiritu sanctitudine est , que
in sola pura fide consistit : quandoquidem spiritus non
occupetur comprehensibilibus rebus , ut dictum est.
Interim aduentant pseudoddascali , qui spiritum ille-
cebris suis foras exigunt, dum alius hoc opere , alius alia
via iustificari querit. Hic si spiritus, seruatus non sit, nec
sapientia

M. LVTI. SVPER MAGNI-

Sapientiae consors fuerit, proripit sese, in exteriora opera
& ritus decidit, inde iustitiam consecuturus.

Hinc uarie nascuntur Sectæ & ordines, ut alius Carthusianum, aliis Minoritanum induat: hic ieunio, ille oratione: aliis illo, aliis hoc opere laborent fieri salui. Attamen hæc omnia opera sunt talia, ut cōficta sint, ex una humana uoluntate: nec enim à Deo præcepta, uerū ab hominibus clementia, circa quæ nullum fidei respectum habent matæologi, docentes perpetuo operum fiduciam, superq; eadem structuram, donec cò prolapsi fuerint, ut dissideat inter sese: Quilibet optimus censeri cupit, alter alterum contemnit, ut hodie Obseruantes nostris turgent et tumet. Contra hos operarios & in speciem bonos, uel potius hypocritas doctores Paulus orat, inquiens, Deum pacis esse Deum, cuius discordes, pacisq; hostes hypocritæ expertes sunt, nec continere possunt, ni prius sua intercidere sinant, omnesq; in spiritu & fide unanimes fiant, ac cognoscant, quomodo opera, discrimin duntaxat, peccatum, & dissidium confiant, sola uero fides, probos, unanimes, & pacificos, ut est in Psal. 55. Deus qui facit unius moris habitare in domo. Et Psal. 119. Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in unum.

Ex nulla re alia pax omnino puenit, quam si doceatur, nullum opus, nullas ceremonias, ceterum solam fidem, hoc est, firmā confidētiā in inuisibilem Dei gratiā nobis promissam iustificare, de qua re in libro, cui titulus: De bo-

FICAT COMMENTARII.

5

nis operibus plura diximus. Porro ubi fides non est, istud
multum necesse est, opera regnare, è quibus tandem li-
tes dissidiaque promanant, & nullus Deus relinquitur.
Ob hanc causam hic diuus Paulus non est contentus dice-
re, ut spiritus uester, & anima uocstra, uerum integer spi-
ritus uester, in quo spiritures tota sita est. Egregij et mul-
ta energie uerbi, usus est in greco fonte: ἐν δλόκλη
ἡρ πνεῦμα νυῶν. Spiritus uester, qui totā hereditatē
possidet. Quasi dicat: Nulla doctrina operum uos impe-
diat, fidelis spiritus totam rē solus occupat. In sola fide res
omnis posita est. Hunc ipsum totius sortis heredem spi-
ritum, rogo, ut Deus uobis integrum conseruet à falsis do-
ctrinis, quæ per opera fiduciam ad Deum struere nitun-
tur, quæ prorsum indicant, conscientias malo obnoxias,
quum non super solam DEI gratiam hanc fiduciam con-
dunt. Quod si spiritus holoclerus conseruatur, anima &
corpus sine errore, & prauis operibus permanere de-
hinc possunt, alioqui impossibile est, ubi spiritus fidei ex-
pers fuerit, non simul animam, totamq; uitam à tramite
recti aberrare, tametsi bonam opinionem caussentur, &
prætexant, propriamq; gloriam & priuatam in hoc ha-
beant religionem, quæ ob huiusmodi animæ errorem fal-
samq; existimationem cū uniuersis iuxta corporis operi-
bus mala & abiecta sunt, etiā si quispiam iejunio in tantū
se maceret, ut moriatur, uel si omnium sanctorum perfici-
at opera. Primum ergo necesse est, ut Deus nobis spiritū,
deinde animam & corpus custodiat, ne frustratum opē

B mur

M. L V T H . S V P E R M A G N I .

mur, tum uiuamus, & ita in uero transformemur diuos,
nec solum à manifestarijs eripi amur peccatis, uerū mul=
to magis à falsis & apparentibus, quanquā non sint, bo=
nis operibus. Hęc sufficientiā hac uice, pro declaratiōne
harum uocum, quae sunt: Spiritus & anima, quod sint o=
mnino in frequenti usu scripture. Post hęc superest uer=
bum Magnificat, quod significat extollere, & magna sen=
tire de quopiam, ueluti de eo qui multa & magna & bo=
na, posse, sciat & facere uelit, quemadmodum in hoc car=
mine sequitur, ut uox illa Magnificat, instar tituli libri,
monstret quae res conscripta sit, subindicat enim, qua de=
re hymnus suus cantaturus sit, de preclaris puta D E I
factis & operibus, ad confortandam fidem nostram, ad
consolando omnes humiles, ad terrendum omnes excel=
sos terre. In hostres usus, siue commoditates, opus est, ut
dirigamus uirgineum encomion, Magnificat. Proinde co=
gnoscere debemus, qui non sibi modo, cæterum omnibus
nobis cecinerit uirgo, ut ipsam imitemur. Nec potest esse
ut quisquam uel pauefiat, uel consolationem recipiat, ex
tam magnificis operibus D E I, nisi non modo crediderit
Deum posse & nosse magnifica operari, uerum quod &
uelit & uolupē sit sibi talia perficere. Immo nec satis est,
te credere, uelle quidem deum cum alijs, at non tecū egre=
gia perficere, teq; hac ratione alienum facere & eximere
à diuinis operationibus. Perinde atq; faciunt ij, qui in
sublimitate constituti Deum non timent, & qui pusillani=
mes in suis tribulationibus desperant. Ea enim fides nulla
est.

est, & penitus mortua, similis opinioni de fabula quādam conceptæ. Atqui sine omni hæsitatione præfigenda tibi est uoluntas eius, ut firmiter credas operaturum olim & nunc uelle tecum operari magnifica. Hæc fides uit & fertur, & penetrat, & immutat totum hominem. Atque hoc cogit, ut & timeas, si altus fueris: & consolationem recipias, si humiliis. Et quo excelsior fueris, hoc maior te cura manet. quo depresso fueris grauius, hoc maior tibi consolatio superest, id quod ex nulla fide alia usuuerit. Quid uero in extrema afflictione mortis tempore faciendum tibi? Tum profecto non solum tibi credendum est Deum posse & nosse, uerum & uelle tibi auxiliari. Tumq; certe ineffabilem fieri necesse est rē, ut ab æternam morte erexit, beatus æternum fias, deiq; & filius & heres. Hæc fides omnia potest, Christo testificante, hæc sola consistit, hæc peruenit ad cognitionem diuinorum operum, deinceps in amorem, postq; in laudem & cantionem DEI, ut homo de DEO magna sentiat, cumq; uere magnum faciat.

Deus enim iuxta suam naturam non magnus fit à nobis, quandoquidem impermutabilis existat, uerum in nostra cognitione & sensu, hoc est, si præclara de eo sentiamus, magniq; estimemus, maxime è bonitate sua & gratia. Ob id S. uirgo mater non ait: Vox mea, uel os meum, neq; etiam manus, aut cogitationes meæ, nec ratio, aut uoluntas mea Deū faciunt magnum (Sunt enim pleriq; qui eluata uoce in coelum laudant deum, qui preciosis uerbis

M. LVTH. SVPER MAGNI-

prædicant, multa de eo loquuntur, disputant, scribunt, & pingunt; multi qui de eo meditantur, rationisq; ductu remantur & speculantur sublimia: multi preterea, qui fuscata religione & uoluntate extollunt eum). Sic uero ait: Anima mea Deum magnificat, hoc est, tota uita, anima, corpus & uires, egregiam de eo existimationem habent. Ut hoc modo ueluti in Deum raptā præsentiat quandam in eius propitia & bona uoluntate sublimationem, & subleuationem, id quod & sequens uerius proferet in mediū. In hunc modum uidemus ipsi, quom aliquis præcipue qdādam beneficentiae exhibet, ut ueluti omnes sensus erga cū permoueantur, ut in hanc fermè sententiam prorumpamus ultrò. O quam magnifica est mihi de illo opinio! Hoc prie signat, Magnificat anima mea dominū. Quanto magis uiua quedam commotio in nobis exurget, ubi bonitatē dei experiemur, que in suis operib. immensa existit, adeo ut & uerba & cogitationes deficiant, concitentur q; necessariō uita & animus, perinde atq; canere & laudē dicere Deo uellet lubenter, quiequid in nobis uiui esset.

Duplices autem falsos spiritus est iuxta reperire, qui non uere Magnificat illud occinere queunt. Piores qui Deum non laudant, antea quam illis beneficerit, id quod & David profitetur: Confitebuntur tibi, inquiens, cū beneficeris eis: illi quidem Deum impendio laudare uidentur. Attamen quom perpeti recusant, semper depressionem & imam, nunquam uias Domini rectas experiuntur, ideoq; nunquam neq; diligunt, neq; laudant uere Deum

Hinc

Hinc totus hodie mundus plenus est diuinorum officiorum, ut uocant, et laudum, carminum, concionum, organorum et fistularum. Ipsum quoque diuinum Encomion Magnificat honorifice cantillatur. Sed hoc commiserandum est, quod tam preciosum canticum sic omnino, praeter uires et succum a nobis tractari debet, qui non prius concinimus, quam res nostrae bene habuerint: quibus si parum dextre quid obueniat, iam statim nullum est canticum, ibi subinde nulla est deo existimatio, ibi autumnus deu nec posse, nec uelle nobiscum operari: atque ita laus Dei, atque adeo Magnificat ipsum, finita sunt. Postiores ijs periculostores sunt, qui declinant ad latus alterum, qui superbiunt in donis Dei, nec purae Dei uoluntati eadem accepta referunt, cupientes inde aliquid sibi, uellaudis, uel magna opinionis, ijs praecaebris uideri gaudent, considerantes ingens bonum, quod Deus secum operatus est, in eo impingunt: et eo ueluti suo fruuntur, sequentes coram ijs, qui hoc non sunt donati charismate, ceu quiddam eximium magis ostentant. Hic uere lubrica maleque fida statio est carnis. Dona Dei sunt eiusmodi, ut est sua natura fastuosos faciant, et corda sibi placentia. Quare ne cessare est hic ultimum obseruare uerbum, Dominum. Non enim Maria inquit: Anima mea magnificat seipsum, uel magna de se opinione concipit, immo neque quicquam de se sentire uolebat: solum uero Deum extollit, ipsi soli gloria tribuit: seipsum exuit, omniaque Deo referit accepta. Tametsi enim exuberantisima Dei facta in se comperiebat, cuius tamen mentis erat ac

B 3 permanebat,

M. LVTH. SVPER MAGNI-

permanebat, ut non se eleuaret supra uilissimum & abie-
clissimum in terris hominem: nā si hoc perpeirasset, una
cum Lucifero in abyssum inferiorem corruisset.

Nec secus cogitauit, quām si ancillæ alij hæc bona à
DEO contigissent, & que lœto futuram animo, tamque gra-
tulaturam, atq; si sibi ipsi contigissent: immo se solam
tanto honore indignam, alias uero omnis dignas iudica-
uit. Nec ægre demum tulisset, si DEV S tanta bona crea-
ptar rursum sibi ante conspectum suum, tribuisset alij.
Adeo non sibi vindicauit hæc omnia, sed DEO bona sua,
libera & propria reliquit: nec plus, quām hilare xeno-
dochium, letamque tanti hospitis suscepitricem egit, is
deoque hæc omnia conseruauit æternum. En hoc uere
est, solum DEV M facere magni, de eo ipso modo eximia
sentire, nobisq; vindicare nihilum. Hinc iam nunc per-
spicuum fit, ut ingens illi & labandi & peccandi occasio
fuerit: ut non minus mirum sit, qui se, ne intumesceret,
præ exuberantia bonorum, neq; sibi quicquam tribueret,
continere potuerit, quām quod eadem acceperit. Putás
ne hoc mirificum esse cor? Reperit sese DEI matrem,
supra omnes homines dīg dīa παρωπ exaltatam, atta-
men in ea perdurat simplicitate, integritate & candore,
& resignatione, ut infimam quampliam seruam sub se
non collocarit. O nos longe omnium miserrimos, qui
bus si uel pauxillum expetat boni, potestatis, authoris,
adde & pulchritudinis, inferiori alicui, ne quimus nos iudi-
care parcs; est q; nobis aliena bona imputandi nullus finis:
quid

quid eramus facturi, si maiora altiora q̄; acciperemus?

Quapropter & Deus nos inopes permanere sinit, quod decora eius bona non impolluta seruamus, nec post accepta dona & que de nobis sentire possumus, atq; ante hac solebamus. Nimum præterea accrescere sinimus & decrescere, iuxta bonorum uel accessum uel discessum. Cor uero Mariæ firmissime nunquam non in æqualitate perdurat. Deum in se pro uotis operari sinit, non plura recipiens inde, quam præpotentem consolationem, letitiam & fiduciam erga Deum. Idem & nos facere oportebat: sic enim uere Magnificat decantaretur.

Et exultauit spiritus meus in Deo
Saluatore meo.

Quid nam sit spiritus, paulo ante dictū est, nempe qui per fidem incomprehensibilia capit. Ideo & DEVM Salvatorem suum uel salutem uocat, quod tamen neq; uidebat, neq; sentiebat, uerum ex firma confidentia credebat, eum esse Salvatorem & salutē, quam fidē ex opere Dei in se ipsa exhibito cōceperat. Et certe pulchro aūspicatur ordine, ut prius deum suum dominū uocet, quam Saluatorem: et prius salvatorem suū, quam eius opera numeret. Quo nos docet, qui recto ordine nude & purē deū diligere & laudare, nihilq; nostri ī eo querere debeamus. Is uero pure & uere Christū diligit & laudat, qui nō ob aliud, quam q; bonus est, laudat eū: at nihil præterquam nudam eius respicit bonitatē, inq; ea sola gaudio & oblatione fruitur. Quæ eximia & uenustissima ratio est diligendi & lau-

M. LVTH. SVPER MAGNI-

dandi Deum : quæ optime sanè conuenit tam excelsò ex
delicato spiritui, qualis & diuæ virginis est. Impuri ac
peruersi amatores, qui nihil nisi surarij sunt, quæ sua sūt
in Deo querentes, neq; depereunt: neq; commendant eius
bonitatem. Nam illi sese aspiciunt, & stimantq; quām bo
nus sit super se Deus, hoc est, quantum eis suam bonitatē,
ita ut sentiant, exhibeat, & bene illis faciat, qui & ingen
tia de eo concipiunt : gaudentes canunt & commendant
eum, donec sensus durarit beneficiorum DEI. Quum ue
ro DEVS se occulit, radiosq; suæ bonitatis ad se attrahit,
ut profugi & exules appareant: ibi tandem & amori &
laudi additus est umbilicus, nec nudam insensibilēmq; bo
nitatem in Deo absconditam deamare, aut laudibus effer
re queunt: quo subinde planum faciunt, quod spiritus eorū
non exultauerit in Deo saluatore suo, nec ibi uera nude
bonitatis dilectio & laus adfuerit. Verum maiore sunt af
fecti uoluptate in salute, quām in Saluatore: plus in donis,
quām datore: plus in creaturis, quam creatore. Nam pa
res ijdem esse nequeunt in copia rerum & defectu, in diui
tias & paupertate, Paulo aduersantes, dum inquit: Didici
abundare & deficere.

De hac re est in Psalmo. 43. Confitebuntur tibi, cum
beneficeris eis. Quasi di. Sua querunt, non tua. Si
modo uoluptatem & diuitias a te recipierent, nullus apud
illos esses, nulla ipsis de te cura esset. Quemadmodum
& Christus querentes se conueniebat: Ioannis sexto.
Amē dico uobis: Quæritis me, non quia miracula & pro
digia

digia uidistis, cæterum, quia comedistis & saturati estis.
Hoc genus immundi & falsi spiritus omnia dona Dei con-
taminant, ipsum q; impediunt, ne plura donet, neq; felici-
ter cum illis operari possit. De qua rē egregium uideamus
exemplum. Pudica quædam & Deit: mens mulier, quon-
dam in uisione, trevis conflexit assidere uirgines altari; &
quom nouū perageretur Testamentū, quam Missam uo-
cant, elegantulus puerus quispiam ab altari desiliens, ac-
currebat ad priorem uirginem, blādulum sese exhibebat
illi, cōpletebatur, arridebat periuicunde. Dein adibat al-
teram, nec tam amicū ostēdebat illi sc̄e, nec amplectebatur
eam, attamen peplū eius subleuabat, arridebat q; ei dulci-
ter. Posteriori uero, ne unū quidem amicū exhibebat si-
gnū, cædebat in faciem, tractabat crinibus, proculca-
bat, adeo q; omnino inhumaniter cum ea agebat: sic q; pre-
propero cursu ad altare accelerans, tandem euaneſcebat.

Ibi uero huic mulierculæ uisionis illius fiebat inter-
pretatio. Virginum prior, immundos sua querenteis
Spiritus indicat, quibus Deus multa conferre bona, ma-
gis q; eorum uoluntati, quam ipsi suæ, opus habet mori-
gerari, qui nullius rei indigi uolunt eſſe, & nunquam non
paraclesin, cōsolationem, & uoluptatem recipere à Deo,
non satis habentes in ipsa Dei bonitate. Altera significat
eos spiritus, qui cōpere quidem scriuire Deo, possunt q;
penuriam pati aliquantam, nec tamen omnino sui ipso-
rum commodi, & philautiae expertes sunt, quibus inter-
dum, amicum ut conspectum sufficiat, opus est factio, quo

M. LVTH. SVPER MAGNI-

suam experti bonitatem, discant iuxta nudam suam bonitatem, & amore prosequi, & laudibus in cælum euehere. Tertia, calamitosa & prorsum abiecta virgo praeter erumnam, & afflictionem, habet nihil, nil commodi querit, saturatur ex eo, quod bonus est Deus, etiam si id nunquam sentire debeat (quod tamen fieri non potest) ea dem persequerat & uniformis, utroq; uersum, & que dili gens ac collaudans Dei bonitatem, dum non sentitur, atq; dum sentitur, non incidit in bona, quom adsunt: nec decidit, quom absunt. Atq; hæc uera est sponsa, quæ Christum sic conuenit: Nolo tuum, te uolo ipsum. Non es mihi charior, dum feliciter cedunt res mee, nec mihi ingratior, dum infeliciter tecum agitur.

Hoc genus spiritibus completerur, quod scriptum est: Non declinabis à via Dei rectâ, neque ad dexteram, nec ad sinistram. Hoc est: Aequo & directe diligitis & laudabitis Deum, nec ad uos ipsos, nec ad uestra deflexi, commoda. Talis Dauidi Spiritus erat, quom ab actus Hierosolymis ab Absolone filio suo, eius foret animi, ut in perpetuum proiectus, nunquam neq; ad regnum neq; ad fauorem Dei reuersurus esset, diceretq;. Regum. 25. Si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me. Si autem dixerit mihi, non places, presto sum, faciat quod bonum est coram se. O quam purus ille fuit spiritus, qui ab amore, laude, & obedientia diuinae bonitatis, uel in extrema necessitate non destitutus. Talem diua virgo parensq; Dei Maria hic spiritum ostendit, quom in medijs excellentiſſi-

mis

mis & exuberantissimis bonis fluctuans, non incidit tam
men, neq; impingit in eadem, nec sua querit, ceterum sp̄e
ritum sibi purum conseruat suum, in amore & laude so-
lius Dei bonitatis, lubenter & sponte acceptura, si quan-
do Deus ipsam priuare rursum tantis bonis, miserumq;
& nudum & deficientem Spiritum illi relinquere uelit.

Porrò, ut est multo periculosius in diuitijs & ma-
gnificis honoribus temperare sibi, quam in paupertate,
ignominia, & imbecillitate, quom diuitiae forteis
illecebras, occasionemque suggestant ad mala, ita hoc
magis mirificus & purus M A R I A E spiritus hic com-
mendandus est, quod tam immensis affectis honoribus,
nec tamen inde cr̄stas erigat, gerens se, tanquam non
uideat, & qua & directa permanens in uia, soli diuine insi-
xa boniati, quam nec uidet nec sentit, missa faciens bona
qua sentit, nec inde uoluptatem capiens, nec sua inquirēs;
ut profecto, ex uero rectōq; fundamento canat. Spiritus
meus exultauit in Deo seruatore meo. Vere spiritus est,
qui ex sola fide profilit, & exultat, non de bonis Dei, que
sentiebat uirgo, uerum de solo Deo, quem non sentiebat,
gaudet, ceu de salute sua, quam in fide modo agnoscebat.
Enī sunt recti, humiliati, uacui, esurientes, Dei q; timen-
tes spiritus, quibus de post hac plura.

Ex eo iam & novitī, quod atunt, agnoscere & iudic-
care possumus, quam sit resertus ecumenicus orbis fal-
sis tum concionatoribus, tum Sanctis, qui misero uulgo
de bonis operibus pleraque ingeminent. Et tamen si pau-
cos est

M. LVTH. SVPER MAGNI-

cos est cernere, qui hoc ipsum prædicent, ut bona debet
ant operari (non minima enim pars humanas traditio-
culas & opera præd. c. int, quæ se inuenientibus, erexer-
unt inservientq;) tamen qui sunt inter eos præstantissi-
proh dolor, tam longe adhuc absunt à uia recta & æqua,
ui perpetuò plebem ad dexteram qdigan, eo quod bona
opera, sanamq; uitam, non ob meram Dei bonitatem do-
cent, sed ob suos fructus. Quod si cælum nullum, infcriq;
nulli essent, nec quid gratiæ expectarent à bonitate Del,
cito dimissurierant bona, nec amata, nec cōmendata. Ii
sunt rerum suarum curatores, mercenarij, non liberi, ad
uene, & non heredes: qui ex seipsis idolum fingunt, &
à Deo amorem & laudem poscunt, adeoq; sibi à Deo fi-
eri cupiunt, quæ ipsos Deo exhibere neceſſarium erat. Ii
sunt, quibus nullus adest spiritus. Neque horum Saluator
Deus est, ceterum bona Dei hosce saluant, quibus cum,
instar serui, seruire illis cogitur. Ii sunt filij Israël, qui
bus non satis erat in deserto uesti cœlesti Manna, con-
cupiscentibus, & carnes, cepas, & allium.

Hodie uero, prò scelus, totus orbis, uniuersa cœnobia,
templa, hoc genus hominibus referta sunt, qui omnes in
falsis istis, inquis, & indirectis spiritibus inambulant,
agunt, scrunt, attollunt, usq; adeo in altum bona opera, ut
cælum per hæc se arbitreniur emeritos tandem: quom
præ omnibus maxime diuulganda erat sola Dei bonitas,
nosq; scire referebat, quod æque atq; ex pura sua bonita-
te nos saluos & beatos fecit Deus, citra omne meritum et
opera

Opera nostra, nos quoq; opera quæreremus citra respe-
ctum totius commodi, & mercedis, ob solam Dei bonita-
tem operarēmur bonum, nil quærentes, quām beneplaci-
tum Dei: nec ullam gereremus curā mercedis, quae suapte
sponte, uel non quærentibus obueniet nobis. Nam fieri nō
potest, ut merces non sequatur, si ex puro & directo spi-
ritu, citra mercedis commodiue expectationem, bonum
operemur. Renuit enim Deus sua quærentem spiritum,
nec unquam illi quicquam datus est prēmij. Porro, ut
filius parenti suo inseruit uoluntarie & gratis, ueluti ha-
res, ob solam parentis uoluntatem (si quando enim inser-
uiat parenti, ob hereditatem modo & rem, ingratus est:
dignus etiam, ut à patre exheredetur) ita Christū, & Pa-
tre & fratre suum agnoscētibus, faciūndum est.
Quia respexit abiectionem ancillæ suæ, ecce
enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes.

Vocabulum abiectionis, quidam ad humilitatem tra-
xerunt: quasi uero diua virgo, quicquam imputasset sibi,
ob suam probitatem, iustitiam, uel conatum, ac de ijs glo-
riata fuisset. Hinc & Prelati, præsertim Antichristici hu-
miliis se uocat, in quo bis per omnia à uero absunt. Nā
de bona re nemo coram Deo gloriari potest, citra pecca-
tum & internitionem. Coram illo uero gloriandum est,
de pura eius bonitate et gratia, indignis nobis exhibita,
ne nostra, uerum Dei dilectio & præconium persistat in
nobis, nosq; cōseruet: quod et Salomon docet Prover. 25.

M. LVTH. SVPER MAGNI-

Ne gloriosus appareas coram Rege, et in loco magnorum ne steteris, id est, aliquid eris. Melius est enim, ut dicatur tibi, ascende huc, quam ut humilieris coram principe. Quaratione igitur id temeritatis et elationis, huic castae uirgini adscribetur, ut glorietur coram Deo de sua humilitate, que est uirtutum prestantissima. Nec se humilem quisquam putat, aut gloriatur, nisi idem sit superbissimus. Unus Deus humilitatem agnoscit, iudicat, et reuelat, ut nunquam minus de humilitate sua sciat quicquid homo, nisi cum fuerit humillimus.

Scripturæ usus est, ut humiliare uocet, abiecere, depri-
mere, inquit nihilum redigere: quare et Christiani in ples-
risque scripturæ locis, pauperes, adflicti, humiliati uocantur
uulgo: Arm, Nichtige, veruuorffene leut, ut Psalmo. 115.
Humiliatus sum nimis. Humilitas ergo nihil est aliud, quam
contempta, nullius respectus, depressa, abiectaque res, uel
conditio: quod genus sunt inopes, languidi, esurientes, si-
tientes, carceribus mancipati, tribulationibus obnoxii,
mortientesque homines: qualis et Iobus erat in sua adflictio-
ne: David in sui propulsatione et electione e regno: et
Christus cum uniuerso Christianorum coetu in suis angui-
stis. Atque haec sunt imam et profunda, quorum in superioribus
mentio facta est: nempe quod Dei oculi in profunda modo intueantur, hominum uero sublimia modo contem-
plentur. Ob hanc cauham et Hierusalē ciuitas uocatur,
super quam diuinum respiciant oculi. Hoc modo totus Chri-
stianorum coetus in imo situs est, estque nullius existimationis

coram

coram mundo: ideo Deus eum respicit, assiduoq; super illum dirigit uultum suum, ut ipse ait in Psalmo. 31. In uia hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos.

Præterea & diuus Paulus 1. Corinth. 1. inquit: Quæ stulta erant secundum mundum, delegit Deus, ut pudefa- ceret sapientes: & quæ erant imbecilla in mundo, dele- git Deus, ut pudefaceret ea quæ sunt robusta, & quæ ignobilia erant in mundo contemptaq; delegit Deus, & ea quæ non erant, ut ea quæ sunt, obliteraret. Atq; hac uia Deus optimus mundum, ad stultitiam redigit: cum uni- uersa eius sapientia, & cunctis uiribus, aliamq; largitur sapientiam, alias item uires. Postquam ergo, hec est Dei mens, ut in ima, & in ea, que nihil sunt, respiciat, uoca- bulum humilitatis interpretatus sum, rem nullius pensi, aut considerationis, ut hæc sit Marie sententia. Deus su- per me inopem, abiectam, nulliusq; respectus puellam de- rexit oculos: qui tamen facile reperire poterat, diuites, excelsas, generosas, potentes Reginas, Principum item, Optimatumq; filias. Potis quidē erat diligere, uel Anne, uel Cayphe, huius terræ præsidum gnatas. Enim uero in me sive pure bonitatis defixit oculos, tamq; uili et abiecta usus est, ancilla, ut nemo glorietur coram eō, se dignum fuisse, uel esse tanto officio: egoq; palam fateri cogor, so- lius esse gratiæ & bonitatis, quæ mihi contigerunt, non meorum (quæ nulla sunt) meritorum, aut dignitatis.

Satis abunde supra diximus, ut diua virgo è statu nul- lius pretij ex insperato profsum ad hoc honoris deuene- rit, quod

M. LVTH. SVPER MAGNI

rit, quod Deus eam per quam benigne adspexerit, ob idq; nec de sua uel dignitate, uel indignitate, ceterum de solo gloriatur aspectu Dei, qui adeo abundantis est bonitas et gratiae, ut tam exigua puerilam respexerit, sicq; magnifice et honorifice respexerit. Quapropter iniuriam illi faciunt, qui non de sua uirginitate, sed de humilitate gloriatam fuisse dicunt. Nam neq; suam uirginitatem, nec humilitatem iactauit, uerum unicum, diuinum, clementem respectum. Quare nec pondus aut Emphasis est in dictione, humilitatem, sed in uerbo respexit. Ipsius enim inanitas non est danda laudi, uerum Dei respectus. Perinde atq; si Princeps misero mendico, manum porrigeret, non mendici manus commendande esset, at principis comitas et affabilitas laudanda forct.

Vt uero sinistra opinio abigitur, ac uera humilitas a mentita cognoscatur, faciemus quandam paulisper parec basin atq; excusum, de humilitate tractaturi, quandoquidem a plerisq; non parum delicti hic admittatur.

Humilitatem uocamus uulgo, quam Paulus την ταπεινοφροσυνων, latini affectum uilitatis, aut sensum humilium rerum appellant, hoc est, uoluntatem et animum ad exigua et spreta. Porro non paucireperiuntur, qui lympham in fontem ingerunt, nempe, qui se exilibus uestimentis, personis, gestibus, uerbis et locis occupant, de ipsis cogitant, in ipsis uersantur, eo tamen consilio, ut sic profumo, diuite, docto, sancto, quin etiam pro Deo aestimari et haberi queat, ueluti ipsis, qui libenter in humilibus mo-

ram

ram neclant. Sitam exploratum haberent isthuc nullus fore pretij, mox eadem omittent. Hec est ficta humilitas. Nam oculus eorum nequam, solam contemplatur mercedem, ac ea que sequuntur humilitatem, nec considerat uileis res, citra mercedem & sequelam, quare ubi merces futuri unq; commodum non comparuerint, ibi uero actum est de humilitate huiusmodi, unde non sunt affecti uilitate, quom non sint eiusdem uoluntatis & cordis in uibus, cogitationes uero solas, os, manus, uestem, gestus in uilitate gerant, corde ad sublimia sufficientes, ad que per abieetas larvas istas peruenire tandem decernit, atq; ijs seipso humiles arbitrantur & sanctos.

Veri humiles non declinant lumina ad ea, que sequuntur humilitatem, cæterum simplici cordere spiciunt ad deflexa, lubenter in ijsdem occupantur, neq; unquam suam ipsorum humilitatem resciscut: hic è fonte aqua scaturit, hic sua sponte, absq; ulla uestigatione sequitur, quod uiles gestus, uerba, loca, personas, uestes gerant, uitent ubi ubi poterunt, excelsa & magnifica, id quod & David testatur Psalm. 129. Dominenon est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei. Et Iob 22. Qui se humiliarit, assuequetur honores: & qui defixerit oculos beatus erit. Hinc accidit ut talibus honos, ex improviso contingat, & exaltatio eorum sine deliberatione evenit. Nam satis factum est illis, humili sua ac simplici conditione, nec unquam de excelsis cogitarunt. Ficti autem humiles, impendio mirantur, ob sui honoris & exaltationis dilationem, nec occulta

M LVTH. SVPER MAGNI-

et falsaistorum superbia est contenta de sua uili conditio-
ne, secretò altiora consyderans.

Quemadmodum ergo dixi: Vera humilitas nunquam
se humilem esse nouit (nam si nouisset continuo erigeret
cristas præ conspectu illius eximiae uirtutis) at corde, ani-
mo, cunctisq; sensibus infixæ est humilibus, quæ sine in-
termissione ob oculos uersat. Hæ sunt eius imagines, qui-
bus cum conuersatur, atq; hæc donec in oculis tulerit se-
ipsam uidere non potest, nec suipius torqueri cura,
multo minus maiorum rerum consyderatione et intuiu-
capi et oblectari: tantum abest, ut ad maiora aduertat a-
nimum. Hinc necesse est honorē atq; fastigium huic con-
tingere eamq; reperiri in cogitationibus, prorsum ab ho-
nore et fastigio alienissimis: Nam in hunc modum Lucas
angelicam salutationem uirgini fuisse mirā, inquit, quod
insperate obtigerat. Si Cayphæ filiæ fuisset oblatum id
Epithalamij, non diu secum cogitasset, quid salutatiois es-
set, continuo acceperisset. Hancq; uertisset animo senten-
tiam. Eya quam hec bene feliciterq; geruntur?

Econtra simulata humilitas nunquam nouit se super-
bam esse, si enim hoc nosset, mox deprimeretur à conse-
ctu horrendi uitij, uerum corde, animo, et mente inhæ-
ret sublimibus, quæ incessabiliter ob oculos ponit. Hæc
sunt eius simulachra, quib·occupatur semper, dumq; ijs-
dē intenta est, scip̄ sam nec uidere nec animaduertere pōt.
Hinc nec honos insperatæ aut incōsultæ aduenit: reperit
enim et qualeis cogitationes: pudor uero et deiection exim
pūso

prouiso accelerant, ad multo aliter decernenteis secum.

Ob hanc causam nullius frugis bone est. Humilitati studere hac conditione, ut quis imaginetur & fingat, uiles contemptasque personas. Ediuero nihil fastus emergit, si excelsa ante conspectum suum quis ponat. Non imagines sed oculti abdicandi uenient. Donec uitam in terris dicimus, excelsas inter & de pressas personas ducenda est. Enimuero ut CHRISTVS ait: Oculum erui necesse est. Moses Gene. 3. non ait: Adam & Euam post præuaritionem aliena uidisse ab ijs, quæ uiderant ante ruinam, sed enim oculos eorum apertos esse narrat, ut se nudos conspicerent, quom tamen antehac item nudi fuerant, nec animum eò aduerterant. Regina Ester prædiuitem in capite suo coronam ferebat, attamen eam ipsam instar panni polluti, coram se uideri aiebat. Hic sublimes imagines non adimebantur illi, uerum cateruatim proponebantur, ceu præpotenti Reginæ: præterea nihil abiectæ faciei reliquum erat, at uisus in declive uergebat, & cor & animus non ad magnifica prospiciebant, quam ob rem & DEVS cum ea mirifica operabatur. Hoc modo non res, uerum nos ipsos immutatum iri necessarium est animo et sententia. Tunc enim fiet, ut doceatur & discatur facile, contemptus ac uitatio sublimum, magnipensio, & inquisitio humilium. Ilic enim humilitas prorsum integræ est & firma in omnem euentum, nec tamen seipsam unquam sentit. Hec cum uoluptate geruntur, cōque perseverat idem & unum, ut cunctæ res acciderint

M. LVTH. SVPER MAGNI-

aut immutarint se sc̄, uel ad summa uel ad ima.

Quantus uero, Deus bone, fastus delitescit, sub uestiu, uerborum, & gestuum uilitate? querum hodie refertus est terrarum orbis, quæ laruae sic se nihil pendunt, ut tandem à nemine uel pendu uel in p̄si: si fugiunt honorem, ut tamen honore agitari uelint: qui summa sic uitant, ut tandem nequaquam negligantur, nec uito dentur, neq; ipsi, neq; res ipsorum, quas semper optimas & præstantib; mas haberi uolunt.

Maria nō Atqui h.ec uirgo nihil hic indicat, quam uilitatem suam, in qua perlubenter ium uixit, tum permanxit: quodq; nec unquam ambiuerit quicquam, aut summa quæficit: nec suam ipsius humilitatem obseruarit. Porr̄o h.echumilitas tam decora est atque pretiosa, ut ne suum quidem perpeti queat aspectum: uerum ea mago soli diuino uultu adseruata est, quod & Psal. 112. assertit: Humilia respicit in celo & in terra. Nam qui in humilia desigere posset oculos, is & sese adiudicare posset beatitudini, iamq; diuinum iudicium peractum eſſet, quom certò sciamus humiles à DEO saluari: unde hanc sibi DEVS adseruare opus habet, ut cognoscat & iudicet, eamq; præ nobis oculat, præiectu exercitij humilium rerum, per quas & nos ipsoſ respicere obliuiscimur. Ad hoc faciunt tā multæ afflictiones, mortes, & omne tribulationum genus in terris, quibus cum labor nobis est & dolor, ut falsoſ oculum cruaamus.

Proinde nunc planum est, ex uoce hac, humilitas, uirginem

ginem Mariam despectam, uilem, nulliusq; existimatio-
nis puellam fuisse, in hac humilitate seruissse, nec habuisse
compertum, humilem sui statu tantu uissecoram Deo.
Quo nos consolationem recipimus, quod tametsi lubet
humiliati & preti esse debeamus, in eo tamen non esse
desperandum, tanquam Deus irascatur nobis: ceterum
sperandum potius firmiter eum nobis propitium fore. Idq;
tantum prouidendum, ne non satis uoluntarij spontanei
ue in huiusmodi simus abiectione, ne fortassis iniquus ocu-
lus parte plus aequa pateat, nobisq; imponat, occulta sum-
morum, aut Philautie uestigatione, quo humilitas pror-
sum intereat. Quid enim damnatos uiuat eos in ima de-
presso omnino, quom non sponte ferant hoc afflictionis.
Quid & uniuerso angelorum cœtu, damno est, q; sint
extreme exaltati, quom non inde falsam abutantur uolu-
ptatem? Versus hic, ut uere agnoscamus deū, nos erudit,
quom deum humilia respicere prædicat, & contempta.
Et is uere agnoscit deum, qui nouit Deum ad inferiora de-
figere oculos, ut superius abunde dictum est, atq; ex ea co-
gnitione dilectio & fiducia erga Deum sequitur, ut quis=
quam se se uoluntarie dedat illi, iuxta q; sequatur cum.

De hac re est apud teremiam præclarus locus. 10. cap.
Nemo, inquit, glorietur de fortitudine sua, diuitijs, &
prudentia sua, sed cui gloriand: est animus, ille, quod me
norit, glorietur. Quam sententiam & Paulus confirmat
2. Cor. 10 Qui gloriatur, inquit, in domino gloriatur. Hac
ratioe postquam Dei mater, Deum & saluatorem suum,

M. LVTH. SVPER MAGNI-

nudo purōq; spiritu commendauerat: nec quicquam bono
rum sibi vindicarat, eoq; uere cecinerat ipsi de eius boni
tate. Nunc tandem & ordine quodam ad operum &
bonorum eius laudem p̄greditur: nam uti dictum est, non
est irruendum ad bona dei, nec nobis adscribenda uenit.
Ceterū per ea porrò ascendendū est ad bonorum autho
rem: in eo solo hærendū est, de eius bonitate multa p̄cla
rissima sentienda: tumq; in operibus eius laudandus ipse,
in quibus nobis hoc bonitatis, quo fidamus, diligamus, &
commendemus eum, exhibuit, ita ut opera aliud sint nihil
quām multa occasio, nudam eius bonitatem super nos re
gnantem, diligendi laudandiq;.

Primum a seipso initium sumit, canitq; quid sibi fece
rit. Quo nos duo edocet. Primū, quisquis diligentissime
obseruet, quid Deus secum operetur, p̄ae omnibus operi
bus, quæ cum alijs peragit. Nam tua beatitudo sita est non
in hoc, quod cum alio, uerum quod tecum operatur. Sic Io
han. ult. cum diuus Petrus de Iohanne diceret: Hic uero
quid? Respōdebat illi Christus: Quid ad te? tu me sequere:
Perinde atq; dicat: Iohannistibi non proderunt opera, tu
rem aggredieris ipse, expectabisq;, quid tecum mibi sit
agere cordi. Quanquam hodie in mundo horrendus poti
atur sceptro abusus in distributione & uenditione bono
rum operum, ubi aliquot spiritus temerarij alios iuuare
uolunt, p̄aesertim eos, qui citra propriam Dei operatio
nem & iuuunt & moriuntur. Quasi uero nimia esset
illis honorum operum copia, quom tamen diuus Paulus

1. Cor.

1. Corinth. 3. adfirmarit, quemuis mercedem accepturum iuxta suum laborem, procul dubio, non iuxta alterius laborem.

Ferendum esset, si pro alijs orarent, aut opera sua intercessionis uice afferrent Deo. Quom uero etiam nunc, ceu munere aliquo utantur istis, coram Deo detestabiliss. est institutum. Et qd' abominabilissimum est, alijs imperiunt & tradunt opera sua, de quibus incerti sunt, quid a pud Deum ualeant. Deus enim non opera, sed cor & fidem intuetur, per quam & nobiscum operatur, cuius rei nulla istis ratio est, solis innixis operibus, quibus & se & nullos non seducunt: usq; adeo, ut & persuadeant pleros que, ut mox è uiuis excessuri, habitu induantur monastico. Docent enim, ut est eorum ingenium, si quispiam in tā sancta ueste moriatur, dimissam illi noxam, donariq; beatitudinem, nedum alienis operibus, uerum & alienis induimentiis, incipientes saluare mortales:

Opinor, ni animus aduertatur, eō tandem perducturū istos Satanam, ut cibo, hospitio, sepultura, populum ad cælum ferre conentur. Bone Deus, ut sunt hæ tenebrae palpabiles, nempe cucullum, uel habitum religiosum, ut uocant, iustificare saluare q; posse hominem: Omnes igitur monachorum initiemur sacrī, omnesq; in monastico indumento moriamur: atq; hoc pacto copiatādem panni defectura esset, ex qua cucullatus fieret habitus. Caucas tibi, caueas tibi, à lupis in istiusmodi melotis, nam dilacerant & decipiunt te: hoc q; in animo cogita, quod & Deus operetur te

C 4 cum,

M. LVHT. SVPER MAGNI-

cum, tuamq; salutem in eo modo opere, quod in te ipse operatur: nec in aliquod illum colloces, id quod & hoc loci diuam uirginem Mariam facere cernis. Quod si & alio orum intercessione ad hoc utaris, non male egeris; siquidē omnes pro omnibus interpellare debemus: nemini uero absq; proprijs Dei operibus in aliena fidendum est. Ceterum ingenti diligentia tripsam & Deū obseruare opus est, non secus, quam si tuq; Deusq; soli existeretis in cœlo rum ac terrarum orbibus; quodq; cum nemine, quam tecū operetur Deus, deinde & aliorum intueri opera.

Alterum quod hoc uersu docet. Quilibet primus esse uelit in DEI laudibus, eiusq; opera in se peracta proferre in medium: posthac & in aliorum operibus cum commendare. Hoc pacio legitimus Paulum & Barnabam sua diuina opera prædicasse Apostolis: ediuerso illis Apostolos nunciasse sua. Idem fiebat de apparitione Christi, post resurrectionem. Illic demum commune gaudium ac preconium oritur aduersus Deum, ubi quisq; charisma alterius, suum uero in primis commendant, etiam si fuerit ailio uilius: nec primas in bonis, sed in DEI tum amore, tum præconio tenere cupido est. Nam in Deo & mera eius beatitate cuilibet satis est, ut ut sibi exiguum sit donum: adeo omnino simplex illi cor inest. Enim uero commodum suū querentes, obliquum uident, ac luscios agunt: qui ubi obseruarint se nec primos, nec optimos in bonis esse, prolaude permurmurāt, q; alijs uel æquales uel inferiores sint: quē ḡdmodum & ij Matthæi. 20. contra patrem familias murmurabant;

*murabant, nō quōd uim sibi faceret, sed q̄ illos sibi pares
in diurno iudicaret denario.*

Hoc modo plerosq; est reperire, qui diuinam bonitatem non commendant, dum nō uident, se tantum recepisse, quantum uel Petrus, uel quispiam ē diuis alius, aut hic, aut ille in terris, arbitrantes se quoq; commēdaturos, & laudaturos Deum, si tot sibi contigissent bona, parui facientes à Deo se se perfusos bonis, quæ non agnoscunt: qualia sunt, corpus, uita, ratio, res, honos, amici, obsequiū Solis, cum omnibus unā creaturis, quibus etiam si uniuersa Mariæ bona essent, nec sic tamen in ijs Deum agnoscerent & laudarent. Nam uti Christus Luce. 15. ait: *Qui si delis est in modico & paruo, is & in multo & magno si dele exequetur officium, & rursum: qui infidelis in modico & paruo, et in maioribus infidelem exhibebit se. Quia proprie commerentur, ut magnum non recipiant, cum parua nasa suspendunt. Quod si Deum in minori præconijs efferrant, abundaret eis & magnius. In caussa est, quod supra se, non infra, oculos tollant. Si enim infra se declinarent oculos, offendarent plerosq;, qui fortasse nec diuidiatam partem huiusmodi honorū possideant, attamen grati, Deo laudes canant. Auicula gaudet & exultat in eo, quod possidet, nec iniquo fert animo, quod loqui nesciat. Canis exilit, & hilarē se ostētat, nec displicet, quod ratio ne careat: Cuncta animātia suis bonis coniēta sunt, Deoq; officijs & præconijs suis inferuiunt. Solus uero nequam & φιλαυτὸς oculus hominis, inexaturabilis permanet,*

C s neq;

M. LVTH. SVPER MAGNI-

neq; se apparat ut exaturetur, ob ingratitudinem & fa-
stum suum, dum semper primum occupare locum con-
tendit, haberiq; præstantissimus, Deum glorificare non
uult, ceterum ab ipso potius honorem expectare.

Porrò in hunc modum memorie proditum esse repe-
rimus, quod temporibus Concilij Constantiensis, precio-
sis, ut sit, mulibus inuesti Cardinales duo, in agro uide-
bant pastorem quendamstantem, lachrymas effundere:
alter humanus & mitis, nolens præterire mœstum, acce-
debat eum, ut consolaretur, primum interrogans, quid
nam acerbi eueniisset illi? Pastor ubi impendio fleuerat,
diuq; obticuerat, ita ut & Cardinalis mœrore afficce-
tur, tandem Bufonem quendam teturum indicat: Hoc inqui-
ens, deploro, quod Deus adeo formosam creaturam, nec
sic deformem, atq; istum uermem, considerit me, nec hoc
ipsum apud me unquam perpende, nec gratiam, lau-
demq; dixerim Deo. Inde terrefactus Cardinalis deeide-
bat à mula, gestabaturq; porro in Concilium, in hanc ex-
clamans sententiam: o diue Augustine, quam uere à te di-
ctum est: indocti prodeunt, & cælum præ nobis auferunt:
nos uero, cum scientia nostra in carne & sanguine inam-
bulamus. Iam pastorē neq; diuitem, neq; formosum adeo
fuisse autumo, Dei tamen bona tam alte in se se consydera-
uit, ac gratias pro ijs retulit, ut plurare repererit in se, quā
uisu potuerit consequi.

Primum opus Dei in se fatetur uirgo, respectum esse,
quod & profecto maximum est, à quo & cetera pen-
dunt

dent omnia, & promanant. Vbi enim eò peruentum fuerit, quod Deus ad aliquem uultum suum aduerterit, ut respiciat eum, ibi tota gratia & felicitas est, ibique omnia sequi & dona & opera necesse est. Ita Genesis 4. legimus quod Habelum, muneraque eius respxerit Deus, Caynum uero & oblationem eius non item. Hinc & communes in psalmis orium: ur precationes, ut Deus dirigat uultum suum super nos, non occultet, illuminet uero uultum suum super nos, hocque genus alia. Utque ipsa maximum hoc esse arbitretur, abunde monstrat, quom ait: Ecce ex hoc aspectu beatam me narrabunt filii filiorum.

Animaduerte uerba. Non ait, futurum, ut prædicentur laudes eius, ut commendentur uirtutes, uirginitas aut humilitas, extollatur in altum, aut ut carmine aliquo, præ clara eius gesta canantur, at hoc solum ingeminat, quod ipsam Deus aspexerit, & que inde beata prædicanda sit. Atque hoc est gloriam tam sancte pureque tribuere Deo, ut nihil nec sanctius nec purius. Igitur & super aspectum quasi digito monstrat, dicens: ecce ex hoc nunc beatificabit me &c. hoc est. Ab illo tempore, quo Deus uilitatem meam inspexit, beata prædicabor ego. In quo non ipsa, sed gratia Dei super eam laudatur: immo ipsa parui fit, sequitur ipsa paruam facit, quom ait, suam uilitatem a Deo respectam esse: obque eam causam prius beatitudinem suam commendat, quam opera recenseat sibi a Deo exhibita, totumque diuino aspectui aduersus suam tapinosin, acceptum referit.

Hinc iamnunc ipsi colligere quimus, quis sit uerus honor,

M. LUTH. SVPER MAGNI-

honos, qui cum honoranda sit, ac præstandum illi, si for= tassis egeat officium. Qui ergo conueniemus eamē intro= spice uerba, que sic te loqui docent: O beata & uirgo et parens Dei, quām omnino nihil & contempta fuisti, atta men propitios in te defixit oculos prædiuitesq; Deus: ac magnifica in te operatus est, quorum ne uno quidem un= quam digna fuisti, estq; longe lateq; supra omnia merita tua, exuberantissima in te Dei gratia. Benefici, beata es ex hoc nunc usq; in seculum, que talem reperisti Deum. Nec cogitandum est tibi, quod inuita suscipiat, si indigna tantæ diuinæ gratiae uocetur. Procul dubio enim non men tita est, dum suam ipsius proficitur ultrò indignitatem, et inanitatem, quam ex nullis prorsum meritis suis, uerum ex pura gratia respexerit Deus.

Vanloquis nugatoribus inuita accommodat aureis, qui pleraq; de meritis eius & prædicant & conscribunt, quo sua, ingentem scilicet eruditionem ostentare uolunt, neq; obseruant, quām deprimant Magnificat, matremq; Dei mendacij arguant, ac gratiam Dei imminuant. Nam quantum digni meriti tribuitur illi, tantum derogatur di= uiue gratiae, hymnoq; uirgineo ueritas eripitur. Atqui Angelus eam, gratiæ Dei nomine salutat modo, quodq; Dominus cum ea esset, unde & benedicta sit inter omnes mulieres. Hanc ob causam, quicunq;, tot honores & præ conia huic addicunt, superq; hanc ipsam fixa sinunt, non longe absunt, quin idolum ex ea sibi singant: perinde atq; merito illi honores impendendi forent, atq; fidendum in ea,

quom

quom omnia à se in Deum reijsiat, Deumq; in se lauda
ri uult, ac quemlibet deniq; in diuinæ gratiæ, sui exemplo,
confidentiam incitare laboret.

Si cui igitur hanc uero honore condecorere animo se
det, peropus est, ne solam peccatori suo obijciat illam, cæte
rum ante Deum, longe q; prorsum infra Deum collocet,
tumq; denudet, eiusq; (ut ipsa ait) abiectionem afficiat.
Deinde abundantem gratiam admiretur Dei, qui adeo ui
lem, nihiliq; hominem, tam large, clemeterq; afficit, com
pletitur & benedicit, ut uel sic ex eo conspectu commo
ucare, ad laudem & amorem Dei in huiusmodi muneri
bus, postq; permouearis, ut nihil non boni, nihil non
eximij de Deo, tum præsumas, tum sentias : De Deo in
quam, qui uiles, despectos, nihil homines, haud asperna
tur, sed propitio agnatur uultu, ut ita cor tuum in fide,
charitate, & spe confortetur. Quid putas charius obtin
gere posse uirgini, quam si per eam ad Deum sic adceſſe
ris, eius exemplo Deo fidere, in eum sperare didiceris, si
quando uel tu contemnaris, & nihil fias, quoquo mo
do id contingat, siue in uita, siue in morte. Non uult, ut ad
se uentias, uerum per se in Deum.

Rursum, ut discas cauere ab omni excelsa conditione,
quam nemo non mortalium magnopere cupit. Vbi atten
deris, nec Deum sua in genitrice, altam reperiſſe condi
tionē, nec uoluſſe quidē. Illi uero δι ιη μποφακελοεν
moveq; qui beatam uirginem sic depingunt nobis et pre
figunt, ut nihil abiecti, cæterum queq; maxima in ea con
ſpiciantur,

M. LVTH. SVPER MAGNI-

spiciantur, quid aliud agunt, præterquam quod nos mætri Dei obijciunt modo, nec matrem Deo in conspectum statuunt? quo nos pusillanimes, desperationiq; proximos efficiunt, ac gratiæ simulachrū, consolationis plenissimū nobis excæcant, æque atq; fit in tabulis, quadragenarij iēiunij temporibus. Nihil enim exemplaris reliquum est, unde consolationis quippiam accipiamus, quandoquidem exiuitur supra omnia exemplaria, quom tamē deberet uti & perlubenter uellet præcipuum quidem esse gratiæ exemplar , quo totum orbem alliceret ad gratiam, laudem, amoremq; Dei, ut omnium corda tales de se ipsa conciperent opinionem erga Deum, quæ omni cum fiducia dicere posset: Eya benedicta & uirgo et mater Dei, quam ingens in te nobis exhibuit solamen Deus, quando tuam indignitatem, abiectionemq; tam propitio uultu ad spexerit, quo cōmonemur iuxta, ne nō posthac, tui exemplo, nos quoq; respecturus sit.

Tun' arbitrare, si David, diuī Petrus, Paulus, Maria Magdalena, horumq; similes, per ingentem gratiam sibi indigne & immerito datam, exempla sunt, ad diuinam spem et fidem confirmandam, quod nec item beata mater Dei, lubentissime, ac recte quidem, huiusmodi exemplum toti mundo esse percupiat: Iam uero fieri id non potest, præ superfluis laudum ipsius ebuccinatoribus Matæologis, qui non planum faciunt ex hoc uersu, ut in ea abundantissime diuinitate Dei, cum ima illius paupertate: diuinus honos, illius cum humilitate: diuina dignitas, illius cum abiectione,

abiectione: diuina magnificentia, illius cum paruitate: diuina bonitas, illius cum merito nihil: diuina gratia, illius cum indignitate coierint, unde delitiae et amor erga Deum, in omni fiducia excrescerent. In quem finem uel omnium diuorum tum uitae, tum acta, literis tradita sunt. At hodie repperire facile est, qui apud eam, ceu Deam quandam auxilium & solamen querunt, ut timeam, ne plus idolatriæ regnet in mundo, nostris temporibus, quam unquam regnarit. Hæc sufficient bac uice.

Voculas hasce, omnes generationes, in uernacula expressi, Kindskind, ut sit filij filiorum, tametsi omnino sonet: Omnes generationes. Id autem sermonis tam obscurum est, ut plerique se amacie hoc locutor serint, scilicet, quæ ratione, uerum esse queat, quod omnes generationes uirginem prædicatur et sint beatam, uituperantibus eam perpetuo, uel saltē renuentibus beatificare, Iudeis, Ethnicis, atque non paucis falso Christū profitentibus. Huius causa est, quod uocem (generationes) de hominū congregationibus intelligent, quom hic latius se effundat. Ordo graduum siue membrorum naturalis propagationis, ubi ex alio, nascitur aliis, pater, filius, nepos &c. adeoque quodlibet membrum generatio uocatur, ut uirgo Maria non aliud uelit per sua præconia ex generatione in generationem duratura, quam non fore, in quo non prædicens laudes eius, tempus. Atque hoc ipsum indicat, dum ait. Ecce ex hoc nunc omnes generationes. Id est, iam nunc exordium sumit, permanens ad omnes usque generationes atque posteros.

Verbi

M. LVTH. SVPER MAGNI-

Verbi managioust, latior est significatio, quā ut per beatam dicent, recte obseruari possit, significat autē beatum facere, aut beatificare, ut non sola lingua, aut uerbis id fiat, aut genu flexione, capit is inclinatione, galeri detectione, simulachrorum & imaginum extractione, templorum edificatione, id quod & impij faciunt, uerum ut ex totis uiribus, uereque, et ex animo beatificatio illa perficiatur. Id usu uenit, ubi cor, ut antea dictum est, per humanitatis fusa, & diuinæ gratiæ aspectum, gaudium & uoluptatem sibi ceperit erga Deum, ac eximo pectore, sic uel cogitet uel dicat. Ofelicem hanc uirginem. Hoc beatificare, ppria est ueneratio, honosque uerus, ut auditu est. Quia fecit mihi magnifica, qui potens est & sanctum nomen eius.

Hic semel uniuersa, quæ dominus ei magnifica opera=tus est, concinit, idque; pulcherrimo ordine. Præcedenti uero diuinum aspectum, propitiatique; uoluntatem erga se cecinit. Quod & summa (ut ostensum est) & caput est omnium gratiarum siue charismatum. Hoc loci de operibus ac donis canit. Deus enim tamcisi non paucis multa dona impertiat, & suam gratiam in multitudinem & uulgas proiecitat, idco uero non mox intuetur, ac respicit. Bonæ sunt temporalia dona. Gratia autem & adspectus, sunt, hereditas in omne æcum duratura, quemadmodum & Paulus Rom. 5. ait: Gratia est uita ætherna. In bonis impertit quæ sua sunt, in adspectu & gratia se largitur ipsum. In bonis, manus illius suscipitur, gratiæ uero conspectu

conspicu cor illius afficitur, spiritus, mens atq; uoluntas. Quare & Diua uirgo maximum & primum diuino fert acceptum obtutui. Nec principio ait, omnes filij filiorum beatam praedicabunt me, quod adeo magnifica exhibuerit mihi, de quibus hic, uerfus soiat. Cæterum, quod ad me nihil creaturam, & ad meam iuxta humilitatem, ut & tu & aperte in oculis lumina defixerit, qua de re prior uerius differit. Vbi propitia uoluntas est, ibi & dona, at non nata? evanctio p propitiata uoluntatem est cernere, ubi sint dona. Praesens igitur carminis pars, recte priorem sequitur. Sic legimus Gene. 25. Quod Abrahamus munera donarit concubinarum suarum filiis. Isaaco uero filio suo germano & uero, ex legitima coniuge Sarra, totam tradidit hereditatem. Hoc pacto et Dei animus est & sententia. Ne ueriliberi sui è bonis aut munib; consolationem recipiant, quantumuis magnis spiritualibus uel corporalibus, uerum è sua gratia & seipso, nectamen spretis donis.

Nec ullum donorum sigillatim percensem, omnia uero in uniuersum uel uno uerbo comprehendit, inquiens: Fecit mihi ingentia, hoc est, quicquid mihi fecit magnum est. Quod docet nos, quo int̄erior sit spiritus affectus, hoc pauciora ædere uerba eundem. Sentit enim quam omnino uerbis non posse assequi, quod in animo cogitat, lubens q; exprimere uellet. Quia de re, huiusmodi pauca spiritus uerba nunquam non sic grandia sunt & profunda, ut ne mo quisquam intelligere potis sit, nisi eundem spiritum.

D quadam-

M. LVTH. SVPER MAGNI-

quadantenus sentiat. In anibus autē spiritu hęc uerba exi-
guę prorsum uidentur, & gustu & succu carentia, qui
multis magnis uectū uerbis tum clamoribus sua expedire
in usu habent. In hunc modum Christus Matth. 5. docet.
Ne battologie & multiloquio intendamus inter oran-
dum, quom Gentes idem agat, quę se ob prolixitatem uer-
borum exauditum iri putant. Ut hodie quoq; in templis
plurimum campanarum, phystularum, musicorum in-
strumentorum omnis generis, carminum, clamorum &
lectionum est, at parum diuinę laudis, quę est: Deum in
spiritu & ueritate adorare & laudare. Ioan. 4.

Salomon Proverb 27. ait: Qui proximum suum lau-
darit clamore magno, & mane surrexerit, ceu uituperat-
tor aestimandus est. Reddit enim causam suspectam, ut ne
mo nō cogitet fictę rei, uelle istum superinduere fucum,
dum tam ardenter laudet, quo tamen caussam peiorē
reddit. E contrario, qui proximum suum uituperaris, &
mane surrexerit (id est, non piger fuerit, remq; festinus
diligentia nō mediocri perficerit) est pro laudum præco-
ne censendus. Cogitant enim homines non ita esse, ut pera-
hibet iste, faciatq; tale ex inuideti ac maleuolo corde, quo
tandem suam ipsius causam peiorē, proximi uero me-
liorem efficit. Ita si qui Deum multiloquio, clamore &
clangore laudare præsumperint, faciūt, & que atq; surda-
ster esset, aut nullius rei peritiam haberet, quasi nos exci-
tare aut erudire uellamus eum. Talis de Deo opinio, plus
adignominiam ipsius quam laudem uergit. Atqui Dei

acta magnifica qui imo corde perpenderit recte, eadēq; cum stupore & gratiarum actione introspexerit, ut p̄nūdō ardore erūpat, magis q; suspireret, quām loquatur, uerbaq; ex se manantia, nec ficta, nec Rhetorice collocta, proruant, ut spiritus simul eructet, uerbis deniq;, uitia, manus, pedes q; insint, imo ut totum simul corpus, tota uita, omnia membra demū loquendicupiditate ardent. Hoc demum est uere Deum in spiritu & ueritate commendare, ibi uerba sunt omnino ignis, lux & uita, quod & David testificatur psal. 118. Domine eloquia tua ignita, item, labia mea eructabunt hymnum, quo modo aqua feruens ebulliendo exundat & spumat, ut porro se contine nequeat p̄ne uhemēti, qui olle inest, ardore. Huius rationis atq; formæ sunt, omnia beatae uirginis, in hoc carmine, uerba, quæ & pauca omnino existunt quidem, sed & alta & ingētia Hoc genus p̄econes laudum Dei, Paulus Rom. 12. Spiritu feruenteis uocat, qui spiritu ardent & eructant, nosq; tales, ut simus, docet.

Magnifica nihil aliud sunt, quām quod dei mater fā-
cta est, qua re tam p̄eclara & ingētia bona ei data sunt,
ut superent captum cuiuscunq;, hinc enim omnis honos,
ac beatitudo prouenit, ut in uniuerso humano genere uni-
ca sui persona, superior cunctis, cui nemo sit par, quod cū
cælesti patre, filium tantum habeat communem. Hinc est
quod hisce magnificis, nec ipsa nomen indere queat, p̄
abundanti magnitudine. Ceterum ibi demum residet, ar-
dentier eructans hoc hymni. Fecit &c. Ergo propterea

D 2 unica

M. LVTH. SUPER MAGNI-

unico uerbo totus eius honos concluditur, si parentis Dei insigniatur nomenclatura, quandoquidem nemo maiora, uel de illa prædicare, uel illi nunciare possit, etiam si tot linguis habeat, quot flores terra herbulasq; , cælum stellas, ac mare sustineat arenas. Præterea alto corde perpendendum est, quid sibi uelit, Matrem Dei esse.

Pulchre etiam, Dei gratia, non suo merito refert acceptum, quamquam enim peccati expers fuerit, id tamen gratia adeo fuit eximium, ut nullo pacto huius digna fuerit. Qui enim creatura digna foret, ut Dei Mater esset? Tametsi aliquot nugatores, non scriptores, hic multa ualde blasterant, de eius merito & dignitate ad hoc officij. Ego uero plus uirgini, quam istis vaniloquis, fidei tribuo. Humilitatem suam adspectam recitat, deumq; non suis inde meritis impendisse mercedem, uerū exhibuisse magna sibi. Magnifica mihi fecit, inquit, ex se ipso, non ex meis meritis, tale quicquam enim nunquam in animum induxit suum uirgo, tantum abest quod se adpararit ad hoc, quod Dei mater esset. Nuncius talis de improviso continentebat ei, Luca referente. Meritum autem, non ex insperato, sed ex proposito & promptu præmium expectat, ac in eo iamdiu fixum est.

Quod uero in Carmine, Regina cœli lætare &c. cantatur, quem meruisti portare. Et alibi: cuius digna fuisti, ut ferres, nihil facit, siquidem et de beata Cruce & que eadem uerba cōcīnuntur, que tamen, utilignum, nihil quicquam mereri poterat. Ita & hoc accipiendū est. Quod si mater
esse

esse Dei debebat, opus erat hanc esse mulierem, uirginē, ex tribu Iuda, ac iuxta Angelico nuncio adhibere fidem, ut foret ob eundo muneri idonea, quemadmodū et scriptura de ea prædixit. Lignuel meriū, uel preciositas, alia non fuit, præterquam quod apta esset Crucis, & in hunc usum definita à Deo. Sic & uirginis dignitas, ad id, ut Mater Dei fieret, alia non erat, nisi quod idonea & præfinita fuerat ad hoc ipsum, ut adeo mera gratia, non præmium esset, aut debitum, ut Dei tū gratiae tum gloriae nihil derogetur. Satius est huic nimīū, quam gratiae Dei admires immo nec quippiam et adim potest, quom ex nihilo condita sit, & que atq; omnes creature Diuina uero gratiae plus & quo derogatū est, in quo multi discernuntis est, nec gratum fieri potest matri. Peropus est etiam, ne ultra quam gloria Dei adimitur, usurpetur ea nomenclatura, nempe, qua Regina cœli salutatur, tamē si à uero non abhorreat, attamen ex hoc idolum necdum est, qualis est eorum sententia, qui hanc inuocant, huius sibi propitium numen depositum, ad hanc demum configiunt potius, quam ad Dei prædiuites opes. ipsa nihil, omnia uero Deus unus clargitur, ut sequitur. Qui potens est, quo omnis & uires, & uirtutes uniuersis adimit creaturis. O magna audaciam, amplissimāq; spolia, à tantillæ etatis puellula, quæ unico uerbulo, cunctos potentia, ac robore præclaros, fortitudine: omnis magnificos, uiribus, destituere potest: omnis præterea sapientes, ad stultitiam: omnis gloriosos Thrasones, ad ignominiam redigere

D 3 ualeat,

M. LVTH. SVPER MAGNI-

ualet, ac soli Deo, uniuersam potentiam, facta, sapientiam, gloriam, attribuere. Vox enim illa, qui potens est, uult, neminem agere quicquam, uerum, ut Paulus Ephesij. 1. ait: solum Deum, omnia in omnibus operari, omneisq; omnium creaturarum operationes, Dei esse operationes, id quod & in Symbolo profitemur, in Deum omnipotentem patrem credentes. Omnipotens est, quod in omnibus, & per omnia, & super omnia nihil operetur, quam sola eius potentia. Hoc pacto & Sa- muelis mater diua Hanna. 1. Regum. 2. canit. Nemo mortalium, ex suis uiribus agere quicquam potest. Diuus quoq; Paulus, secundae Corinhi. tertio, Fiduciam, inquit, habemus per C H R I S T V M erga Deum, non quod idonei sumus ex nobis ipsis cogitare quicquam, tan- quā ex nobis ipsis, sed si ad aliquid idonei sumus, id ex deo est. Hic omnino summus est articulus, præstantissi- musq;, multa in sece complectens, omnem superbiam, curiositatem, præsumptionem, temeritatem, tactantiam, falso confidentiam, semel deprimens, solumq; Deum euehens in sublime, immo & cauſam indicat, quare solus Deus extollendus sit, ut pote, quod omnia operetur. Di- etu facile quidem est, atqui, ut credatur, & in uitam tra- batur, ibi uero labor est, neque non maxima diff. culias. Nam qui in hac re uitam sibi suam exercuerint, pacis amatores prorsum, atq; pacifici, Deo dediti, simplicesq; homines sunt, nil omnino tribuentes sibi, scientes optime, nihil suorum, sed omnia Dei esse.

Ea ergo diuæ matris Dei, mens est in hisce uerbis. Nihil meum est, ex omnibus his magnificis bonis, uerum qui solus omnia facit, cuiusque potentia in omnibus sola opera tur, is mihi tam magnifica exhibuit. Siquidem, dictio, potens, hic non inactuosa, soporativa, uirtutem, siue qualitatem significat, quo more de temporis huius Rege dici solet, potentem eum esse, tametsi tranquillus sedeat, & nihil operum struat, ceterum, operantem uirtutem assidue, actionem, que absque alternare requie, semper progrediatur, & operetur. Deus enim non desistit, ue rum sine intermissione operatur, Christo testificante Iohann. 5. Pater meus operatur aduersus, & ego operor. Hoc modo Paulus Ephes. 3. ait: Potens est facere maiora quam petimus, hoc est, nunquam non maiora, quam petimus exhibet, que & natura eius est, ita potentia eius operatur. Propterea dixi, Mariam nolle, idolum esse: ipsam nihil, Deum omnia facere.

Hinc addit, inquens: Et sanctum nomen eius, hoc est: Quemadmodum opus mihi non vindico, sic nec honorem imputo mihi. Illi enim soli est honor & nomen debetur, qui opus perficit. Indignum est si alius opus peragat, alius uero tum nomen, tum honorem sibi vindicet. Ego sum officina modo, in qua ille operatus est, ideoque, nec laudem, nec honorem inde mihi debet, quodam mater Dei facta sim, atque Deus, eiusque eximium factum, in me & laudanda sunt, & ueneranda. Satis est, congratulari, dicereque bene mihi, quod me selegrit Deus, in qua talia

M. LVTH. SVPER MAGNI-

sua opera perficeret. Ecce quām pure in Deo gerat os-
mnia, quām prorsum nihil honoris, nihil operis, nihil glo-
rie sibi fert acceptum, & que se gerit, atq; dum nihil horū
sibi contigerat, nec plus honorē inquirit, quām antea, nec
intumescens, nec superbiēs, nec proclamās etiā, quod pa-
rens Dei facta sit, neq; tandem ut ob hoc se uereatur quis
postulat, immo abit, remq; domesticā, ut antea, curat, bo-
ues mulget, coquit, patellas & paropſidas mundat, pau-
mentum uerrit, adeoq; que siue ancillam, siue matrem fa-
miliās decēt, exequitur, in uilibus, cōtemptisq; operibus,
quasi nihil ad se p̄tincent, tam exuberantia gratiæ bona.
Inter mulieres, & uiciniam, nō altior estimata est, quām
antea putabatur, nihil quoq; de syderauit, & paupercula
ciuis permanſit uulgo. O simplex, ac purum cor, O admi-
rabilem uirginem, quām ingentia sub humili ſpecie delite-
ſcunt. Quot eam attigerunt, cōuenerunt, cibum poculaq;
cum ea ſumpferunt, qui fortassis eam deſpectam, popu-
larem, inopem, ſimplicemq; ciuem eſſe cogitarunt, qui
alioqui attoniti hanc admirati fuiffent, ſi reſcifſent de ea,
tam inaſtimabilia bona, atq; hoc eſt, nomen eius ſanctum
eſſe Sanctum enim dicitur, quod ſegregatū eſt, Deoq; di-
clum, q; nemo, nec tangere, nec contaminare debeat, ſed
honore proſequi. Nomen uero ſignificat, bonam famam,
gloriam, laudē, & honorem. Iam culibet abſtinendū eſt à
Dei nomine, nec tangēdum, nec vindicandum eſt cuiquā,
id quod Exodi. 30. p̄aemonstratū eſt, quom preciosum ac
sanctum pharmacon cōficiebatur à Moſe, Domini iuſſu,
rigideq;

rigideq; præcipiebatur, ne quisquā eo corpus suum inungret. Hoc est, DEI nomen nemo sibi vindicare audeat, quandoquidem id suū prophanare nōmen DEI, si de nobis gloriemur, aut honorem acceptemus, aut nobis ipsi placeamus, operaque nostra & bona iactemus, quemadmodū solet mundus prophanare & polluere diuinum nomen, absque intermissione. Atqui ut opera sunt solius DEI, sic & nomen ipsi soli relinquuntur. Quoiquot præterea hoc modo nomen eius sanctificant, alienos facientes se & ab gloria & honore, recte uenerantur illud: unde & ipsi ab eodem sanctificantur, id quod preciosum pharmacon indicat. Exo. 30. quo quiduis tactum mundabatur. Id uero ungenti Dei nomen est, à nobis sanctificatum. Quādo enim nihil operis, neq; iactantiae, neq; Philautiae ex eo tribuumus nobis: tum uere honoratur, tum demum tangit nos atq; sanctificat.

Quare uigilandū est, dum sine bonis, nomine DEI & honore, in terra degentes esse nequeamus: ut si à quipiam commendemur, nominēque dotemur, hoc DEI parentis exemplum captemus: adeoque hoc uersu parati simus respondere, honore & præconio recte utentes, parentēm cōfidentes, aut saltem in animo cogitantes: O DOMINE DEVS, tuum est opus, quod laudatur & iactatur, tuum quoq; sinas esse nomen rogo. Nō ego DOMINE, sed tu hōc operatus es, qui potenter omnia facis, & sanctum nomen tuum. Sic laudem & honorem negare nemo debet, tanquam iniusta sint, nec aspernari, ceu nibilum sint.

D 5 Ceterum

M. LVTH. SVPER MAGNI-

Cæterum non adsumere ueluti rem nimis præclaram ac
preciosam, illiq; accepta referre, cuius uere sunt in cœlis.
En hoc docet insignis hic uer sus, quo simul respōsum est,
si quis interroget, ànne alter alteri honorem debeat, immo
diuus Paulus inquit: Alter alterum honore præuenientes. Roman. 12. Honorem uero nemo acceptare debet, tanquam sibi contigerit: nec super se, ut perseveret, admittere. At uero sanctificare DEOq; cuius est, redere, omni cum bono, tum opere, unde promanci honos. Porro nemini in honestam ducere uitam licet, quod dum non licet, necesse est honorem adesse. Enim uero quo modo honesta uita Dei donum & opus est, sic & nomen eius estos sanctum & impollutū à suo cuiusuis beneplacito. Hoc ei in dominica precatiōe oramus: Sanctificetur nōmē tuū. Et misericordia eius in progeniem & proge-
niem timentibus ipsum.

Scripturæ usus ut nobis communis fiat, opus est, quæ
progeniem siue generationē uocat, ordinē uel sequelam na-
turalis propagationis aut generationis, qua homo de ho-
mine continuo progressu nascitur, ut supra memoratum
est. Quapropter germanum uocabulum, geschlechte,
(generatio) non satis facit, attamen melius scio nullum.
Siquidem progeniem uocamus, cœtum, nobis tum sanguis,
tum coniugij nomine iunctorum. Hoc uero loci, natu-
ralem propagationem à patre, uel nepotes ad usq; & po-
steros, ut quodlibet membrum eiusdem sequela progenies
uocetur, ut ita crediderim nō omnino male in Germanicā
dialecton

dialecton tralatum esse, nempe: Et misericordia eius perdurat a filiis ad usque filios, timentibus eum. Atque hic loquendi tropus Scripturæ vulgaris est, originem sumens ex uerbis Dei, quæ in Sina monte demandabat Mosi, & omni populo. Ego, inquiens, Deus tuus fortis & zelotes, castigans peccata patrum in filiis, in tertiam & quartam generationem, odientibus me: misericordiam exhibens in multa millia generationum, diligentibus me, & precepta mea seruantibus.

Postquam Dei honorumque illius in se se finiuit encimation, excurrit nunc per omnia Dei opera, que in omnibus uniuersim hominibus operatur, hymnumque de ipsis canit, docens nos comodum, agnoscere opera, ingenum, naturam & uoluntatem Dei. Plerique in signibus ingenij dotibus prædicti Philosophi idem conati sunt, ut sciret, quid nam Deus esset, multa de ea re tradiderunt literis, alijs qui dem alia. Omnes uero ibi excæcati sunt, uerumque fulgor evidere nequiuierunt. Et profecto maximum est & in cœlis & terra, Deum uere cognoscere, si cui obuenire potest. Id ipsum pulchre Diua Dei parens docet, quemadmodum et in superioribus suis ipsius paradigmate monstrauit. Qui uero melius, aut facilius cognosci potest, quam ex suis operibus: qui enim hæc rite deprehēderit, non potest non aseque, naturam, uoluntatem, cor, ac animū eius, quare artis est, opera eius nouisse. Et si rectius obseruemus, sex diuinæ opera in sex hominū generibus, per hosce quatuor uersus, ordine conuenerat, eaque in duas parteis diducit, ut in

M. LVTH. SVPER MAGNI-

q; triplicia opera, triplexque hominum genus collocans,
uirinq; ad fidua partium manente pugna, artificiofissimo
nimurum contrapposito D E loperum, quo eum adeo
graphicē depingit, ut nihil suprà.

Porrò hæc partitio rite & ordine comprehensa est,
pluribusq; Scripturæ locis obseruata, præcipue Hiere. 9.
quom sic ait: Nemo sapiens glorietur in sapientia sua, nec
fortis glorietur in fortitudine sua: nec diues in diuitijs suis:
scd in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia
ego sum DOMINVS, qui facio misericordiam & iudicium
& iustitiam in terra. Hæc enim placent mibi, ait DO-
MINVS. Praeclarus est hic textus, huic uirginis Canti-
co consonus. Animaduertimus item ex hoc loci, quicqd
mundi est, in tria partiri spiritum Prophetæ, in Sapienti-
am, Potestatem, ac Diuitias, quæ omnia simul diruit, quō
in his non gloriandum confirmat: in ijs enim non reperiri
DEVM, nec istiusmodi placere illi posse. Porrò hæc sce-
lia tria opponit, Misericordiā, iudicium, iustitiam. In his
sum, inquit, imo ipse hæc omnia facio. Tam in propinquuo
sum, ut hæc non in cœlis, sed in terra perficiam, ibi demū
reperior. Qui hoc modo cognorit me, & gloriari ucre
& audere poterit inde. Nam si non sapiens, sed pauper
spiritu fuerit, ipsi aderit misericordia mea. Si non po-
tens, at depresso, iudicium meum presto est. Si non di-
ues, sed ærumnosus & egenus, iustitia mea hoc magis a-
pud eum sceptra tenet.

Sapientiæ nomine comprehendit, quicquid est summo

rum

rum spiritu aliumq; bonorum, è quibus homo èudoxiā p.
gloriationem, nec parum opinionis habere queat, ut &
subinde sequens indicabit uersus: quod genus sunt: Intelle-
ctus, Ratio, Prudentia, Scientia, Probitas, Virtus, honesta-
tua: breuiter, quicquid in anima uel diuinum, uel spiritua-
le uocatur, quantumuis eximium donum sit, quom nihil
horum Deus existat.

Potentiae uero uocabulo, omnem complectitur potesta-
tem, Natalium claritudinem, amicos, dignitatem, hono-
res, siue huic temporis, siue spiritualia bona (quancum
in Scriptura non sit spiritualis Magistratus, sed solum mi-
nisterium, atq; inferioris occupatio loci) concernant, o-
mnium iure suo, libertate, priuilegio &c.

Divitiarum uoce, Sanitas, forma, uoluptas, & quicq; d
exteriorum bonorum obtingere potest corpori, conclu-
sa sunt. His alia tria opponuntur à Propheta, Spiritu pau-
peres, oppressi, rerumque necessiarum destitutiōe gra-
uati. At uero sex opera ac parteis ordine iam nunc vide-
bimus.

PRIMVM OPVS DEI MISERICORDIA.

De hoc opere, qui iam præ manu est uersus loquitur.
Misericordia (inquit) eius à nepotibus aduersq; nepotes uel
à progenie in progeniem, timentibus ipsum. A summo
maximoque orditur: nimirum à spiritualibus, internisue
bonis, quæ omnium longe superbissimos, arrogantis-
mos,

M. LVTH. SVPER MAGNI-

mos, durissimeque cervicis homines in terris faciunt. Ne
mo diuitum, nemo potentium herorum, adeo tumidus, ani
mosusque, ut non vincatur ab huiusmodi sapiente, qui sen
tit, ac prorsum non dubitat, se iustum uel agere, uel iuta
ri caussam, rem sanè intelligere, sequere ceteris prudentio
rem. Imprimis ubi eò peruentum fuerit, ut uel discedere
uel iniustam suam caussam agnoscere debeat, ibi demum
adeo temerarius est, præterque omnem DEI timorem, ut
uel hunc iactare non pudeat, se errare non posse, DEVUM
secum esse, alios Satanae deditos, immo nec extreum DEI
iudicium adpellare uereatur, & si occasio potestati co
iuncta adsit, perrumpit sua pertinacia, quò libitum est,
persegitur, iudicat, calumniatur, mactat, propulsat &
uastat omnes sibi contrauenientes, haecque omnia pro lau
de, gloria & obsequio se præstuisse DEO contendens. Ta
certus copiose apud DEVUM gratiae, meritiq; ut uel ange
los in coelis hac certitudine superet. O quam ingens est
bulla ista! O quam multa cum hoc genus hominibus Scri
ptura agit, quam dira eis interminatur: sed minus sentiunt
quam ictus malleorum incus. Porro huius rei & ingens
& copiosa materies est.

De talibus iohannis. 17. Christus ait: Veniet hora, in
qua si persecuti uos fuerint, & occiderint, arbitrentur se
gratum fecisse DEO. Et Psaltes de istiusmodi ait: Pra
ualet omnibus inimicis suis, dicens: Non appropinquabit
mihi malum. Ac si dicat: Iustum tutor caussam, bene
operor, magna rependet mihi DEVS. Tales & Mo
bitas

bitas fuisse Esaias. 15: Hicrem. 47. testantur. Audiuiimus superbiam Moab, superbis est ualde. Superbia eius & arrogancia eius, & indignatio eius, plus quam fortitudo eius. Videmus huiusmodi homines, praे insigni fastu etiam uires suas excedentibenter attentare. Tales erant iudei aduersarii Christum & Apostolos. Tales erant amici Iob, qui supra modum sapienter contra eum disserere bant. Deumque uehementer tum commendabant, tu prædicabant. Hoc uero genu homines neminem audiunt, à nemine persuaderi possunt, nec fieri potest, ut uel malam habeant caussam, uel cedant, sed in cœpto perdurant, & progrediuntur etiam si perire debeat totus orbis. Nec unquam satis reprehendere potest tam perditam mortaliū faciem scriptura, iam aspidem obdurantem aureis suis, ne audiat, eam nominans, iam indomitum monocerotata, iam rugientem leonem, iam rupem immobilem, draconem item, alijsq; nominibus tandem adornans istam.

Enim uero nusquam clarius depictum est id genus hominum, quam Iob. 40. & 41. quibus locis, Behemoth appellatur. Behema uero animal, siue bestiam significat, inde Behemoth plurale est, copiam animalium notans, hoc est, multitudinem hominum, animali & bestiali sensu transigentium uitam, nec spiritu DEI se dirigi permettentium, hanc ibi mortalium colluuiem describit Deus, oculus Aurora simillimi insignitam esse. Nam sapientia eius non est modus. Cutis eius tam dura, ut etiam si telo, uel punctu impetratur, ludibrio ueritat. Hoc est, si aduersarii il-

lans

M. LVTH. SVPER MAGNI=

Iam diuinus prædicetur sermo, irrident, nam rem suam ir
reprehensibilem esse arbitrantur. Item squamæ inter se
se coherent, adeo ut nec aurula tantilla penetrare queat.
Vnanimiter enim in hoc consentiunt, ne spiritui D E I in
eis relinquatur locus. Cor uero (inquit DEVS) obdura
tum instar incudis. Satanae corpus est, ideo & eo loci,
hoc totum Satanae tribuit. Huiusmodi populus præ alijs
uniuersis hodie est Papa, cum tota sua Lerna, fui: q; haud
paucis retro sæculis. Idem ij faciunt earatione, qua nus-
quam unquam factum esse perspicuum est: neminem audi-
unt, nulla subest directio siue permotio, nihilum ibi iuuāt,
persuasibilis sermo, obsecratio, interminatio. Breuter
nihil aliud, quam nos iustum tutam causam, sic esto, ua-
leat cui displicent hæc, & si terrarum foret orbis.

Diceret autem quispiam: Hæc qui conuenient inter se
se, ius ne conseruandum est? ueritas ne à nobis amitten-
da? Nonne præceptum est, pro iustitia & ueritate uel
obeundam esse mortem? Nonne sancti D E I martyres
propter Euangelium multa perpessi sunt? Nonne &
Christus sibi ius vindicauit ipse? Contingit enim omni-
no non una uice, huiusmodi homines iustum agere causam
(etiam coram DEO, ut ipsi gloriantur) uereq; & iu-
ste rem exequi. Respondeo. Hic oportunum est, & ne
cessariū iuxta apertos habere oculos, hic nodus obiectus
est. In hoc situm est modo, ut sanam quis iuris instructio-
nem gerat. Omnino profecto uerum est, ob ueritatem et
iustitiam nulla non ferenda esse, nec abnegandam quantū
uis

uis sit minutula. Fieri porro non est impossibile, iustam aliquibus adesse caussam. Hic uero peccatur, quod ius in iuste prosequuntur, neq; cum timore in eare uersantur. Deum pre oculis non ferunt, satis arbitrantes esse, rem esse iustam, debere ergo se & uelle, sua ex potestate pro-gredi, & ad calcem usq; deducere ludum: qui cum ius suum iniuriām constituunt, etiam si re ipsa uerum esset & irreprehensibile. Multo uero periculosius est, ubi putat se recta rem secum reputare uia, nec tamen certi sunt, quod in causis Deum & iudicia eius praesertim attinentibus cōfieri solet. Primū uero de rebus crassiorib. humāo iure dicemus, rudeq; et populare adferemus paradigmā.

Nonne pecuniae, bona, corpus, honos, uxor, liberi, ami-ci &c. creature etiam bona, ab ipso Deo create & date sunt? Quom ergo sint Dei dona, non tua, teq; tentare uolens Deus, anne ob sui gloriam uel hec abs te amittere posses, magisq; ipsi soli, quā creature hisce adhērere, ad uersum te excitaret, qui haec bona, uel partim uel omnino diriperet, tibi q; malum daret. Aut uel morte, uel interitu priuareris his rebus. Putasne iustam tibi hic relictam esse caussam, ut insanires, seuires, ui & impetu hec eadem re peteres, siue impatiens es, donec ea reciperes. Arguens bonas esse creature Dei, ab eo conditas. Et quia tota scriptura hiusmodi bona iudicat, ideo & te uerbum Dei scrutaturum, taliaq; bona corpore ac uita defensurum, re-petiturumq; aut inuitio his caritatum te, nec patienter abs te dimissurum? Non hic eximus fucus? Quod si hic

E bene

M. LVTI. SVPER MAGNI

bene agere tibi cordi foret, non hic tibi tuo capite perrum
pendum erat. Quid igitur? Deum timere debes, tale ca-
nens opinio[n]. Optime Deus: Res bone sunt, tuaque do-
na, tuis ipsius & uerbo & Scriptura testificatis. Ceterum
ignoro, an haec mihi non inuidias. Si nossem me ijs
non oportere frui, ne pilo quidem redemerim: si resci-
rem, te uelle sub meo haec constituta iure, tua uoluntati ob-
temperans, corpore facultateq; repetuerim. Quomue-
ro utriusq; ignarus sim, quodq; iam nunc sit cernam, nimi-
rum, q; admittas haec mihi diripi, tibi demando quicquid
est negotij, expectatus, quid mihi in ea re faciundū sit,
paratus eandem uel seruare, uel dimittere.

Ecce haec est uere fidelis ac Dei timens anima, quam
penes misericordia uersatur, ut & Diua parens Dei hic
occinit. Atq; hinc obseruare licet, quo impulsi fundamen-
to & spiritu Abraham, David, totusq; Israël quandam
belligerati sint, multosque trucidarint. Siquidem ex Dei
uoluntate & iussu adoriebantur rem, timore Dei circum-
septi, non ob diuitias conflictabantur: uerum quod hoc i-
psum ab eis exigebat DEVS: id quod & sacræ testantur
historiæ, nunquam non diuinum ostendentes imperium.
Iam uides, quam non abnegetur ueritas, quæ has bonas
Dei adserit creaturas. Eadem ueritas item dicit, ac docet,
bona id genus dimittenda esse tibi: omni quoq; hora te pm-
ptum, ijs ut careas, si ita Deo uisum fu, hincq; Deo soli ad
hæreas. Veritas te non adigit, ut facultates tuas iure postli-
minio repetas, quod eas bonas confirmat: neq; uero te co-
git,

git, ut has non bonas adseueres, uerum ut iisdem renunci
ans, fatearis non esse malas.

Ita & cum uire, uniuersisq; tum rationis tum sapien
tie bonis agendum est: iustitiae bona est à Deo data, &
quis nam in hoc haeret? ipsum Dei uerbum profitetur.
Ius, bonum esse. Neq; qui squam, iustum suam caußam
fateri debet, esse malam, immo extrellum potius diem obi
re, ac quicquid non est Deus, à se dimittere debet. Hoc
enim esset deum & uerbū eius agnoscere, qui ius nō malū
sed bonum esse testificatur: ideo uero proclamares? saui
res? insanires? totumq; mundum nec idares? quando
quidem tale tibi ius eripiatur, aut opprimatur? Quod fa
ciunt, qui ad sydera usq; clamorem attollunt, omnem in
struetes calamitatem, terras & populū uastantes, prælijs
ac sanguinis effusione replentes mundum. Qui scis an
haec Deus & dona & iusta permettere uelit tuo domina
tui? sua sunt, eripere tibi potis est, uel hodie non uel crasti
no sole, intus & foris, per amicos & inimicos, atq; adeo
ubilibitum fuerit. Explorat num & ob sui amorem, iure
tuo egere uelis, iniuriamq; accipere & perpeti, suo no
mine ignominia affici, sibiq; modo inhærere. Quod si ti
mēs DEI, in animo tecum cogitaris: Domine, tuum est,
nolo mē subiectam uoluntati & uiri, nisi sciero, te id fa
uere mihi. Tum deum hic uersus uere locum habet. Et
misericordia eius penes timentes eum, qui nihil præter
eius uoluntatē operari uolunt. Ecce hic Dei uerbum utrin
q; seruatum est. Primum, quod ius tuum, rationem, intel

M. LVTH. SVPER MAGNI

lectum, sapientiam, & omnem opinionem tuam, bona &
iusta esse fateris, id quod uerbum Dei loquitur ipsum. De
inde, quod huiusc doni libenter expers esse uelis, Dei no
mine, denique iniuria condemnatus, parabola & ludi
crum optaris esse mundi, quod & uerbum DEI item do
cet. Duo sunt bonum aut iustum confiteri, & aſequi,
uel uincere. Tibi satis est confiteri, te bonam & iustum
habere cauſam: quod si non superior euadere potes, Deo
rem commendatam ſine. Tua intereſt confiteri, Deus ad
ſeruauit ſibi uincere. Si uelit te uictorem, ipſe te efficiet
uictorem, uel hac uia tibi obuiam feret rem, preter animi
tui conſilium, ut in manus te ſumere & uincere oporteat
quomodo nec unquam uel cogitaras, uel concipiueras. Si
nolit, ſufficiat tibi misericordia eius. Si tibi iustitia tua
auferatur Triumphus. Confeſſio tamen huius tibi eripi
haudquaquam potest. Ecce hic deſtendum nobis eſt, non
a dei bonis, uerum a mala peruersaque horum inheſione,
ut ijs tum carere, tum frui poſſimus libere: ut in quois
euentu in Deo permaneamus. Utinam omnes Principes
& potestates, ſicuti debent, haec non ignorarent: quibus
non ſatis fit, iuris ſui confeſſione, ni & omnino uincant,
& ſuperiores exiſtant, omni ſemoto timore DEI, mun
du opplentes cruore & calamitate, putantes bene & re
cte ſe hoc pacto agere, quom iustum uel cauſam habeant,
uel ſe habere arbitrentur. Quid aliud hoc eſt, preterqua
arrogans ac ſuperbus Moab, qui ſe ipſe dignum facit &
iudicat poſſeſſione nobilis ac ſpeciosi Dei muneris, nem

pe

pe iuris, quom interim indignus sit, si recte se coram deo
introspectat, ut à tellure feratur, & ut crustas panis edat
ob fœditatem scelerum suorum. O cæcitatem, O cæcitatem;
quis dignus est minima Dei creatura? Et nos tamen sum
mas creature, iustitiam, Sapientiam, harumq; honorem
nendum contingere studemus, uerum & sanguinem nūm
sanguinis effusione, omniq; infortunio conseruare labo=
ramus, & comparare, post hac abimus orantes, iejunan=
tes. Missas audientes, templa fundantes: tam cruenta, furi=br/>bunda uæ sanaq; mente, ut non mirum esset lapides ante
confectum nostrum disilire.

Subiicitur hic è transuerso questio. Princeps ergo
& terram & populum suum non defendet ab iniuria? ta=br/>citus & tranquillus omnia sibi permittet eripi? Quid ue=br/>ro tandem hinc oriretur in mundo? Hic meam quidem
opinionem succinctim enarrabo. Potestas gladij, siue
Magistratus debet, opusq; habet, subditos suos defende=br/>re, ut sepius retuli. Nimirum ideo gladium fert, ut ijs, q
diuinum Verbum & admonitionem suscipiant, nec his ob
audiunt, in timore adseruentur, ut alijs & pacem & qui=br/>etem finant. At q; in hoc sui ipsius non inquirit, catetum
proximi commoda, Deiq; honorem, lubens quieti datura
operam, ac dimissura gladium, ni DE VS hunc ordina=br/>set ad malorum punitionem, bonorum protectionem: ita
tamen, ut talis protectio non fiat maiore damno, puta, si
colear subleuetur, paropsis uero confringatur. Parua
& exilis est protectio, si ob unius personam tota ciuitas

M. LVTH. SVPER MAGNI-

in discrimen ponatur, aut ob unum uel pagum, uel solam
arcem tota prouincia periculum subeat, nisi DEVS, ut o-
lim, id sigillatum demandaret. Eques ciuem spoliat, & tu-
cu ex exercitu, ut iniuria ulciscaris, exurgis: tota regio cense-
tur: uter hic maius dedit damnum, dominus ne an eques
Haud raro connuebat David, sicuti præter aliorum da-
mnū punire non poterat. Ita omnē potestatē se tractare
cōuenit, ac rursum indignam ferre quicquā p cōmunitate
par est: nec desyderare, ut sui gratia omnes alij maiora pa-
tiantur damna. Aequalitas non semper adesse potest. Chri-
stus nunquam uoluit, ut lolium eradicaretur, ne simili e-
uelleretur & triticum. Si ad omnes insultus belligeran-
dum esset, ac nihil conniuēdum, nunquam pax, sed aſidua
pernicies foret. Vnde iustitia siue iniustitia nunquam satis
est cauſſe, sine discriminē puniendi, uel belligerandi. Satis
quidē cauſſe est, oportunē citra alterius interitum puni-
di. Nam omnino Principi prouidendum est magis, quid
toti exercitui, quam uni parti desit. Nec diues paterfami-
liā erit, qui totum anserem abiicit ob euulsam pennam.
De bellis autem modo non est dicendi locus.

Sic & in diuinis rebus faciendum est, puta fide &
Euangelio, quæ optime quidem bona sunt, nec ulli dimite-
tenda. Iustitia uero, fauor, honos, accidens & hærcis
horum, item reponenda sunt in trutinam, & Deo commē-
danda, non pro uictoria, sed pro confessione, solicitude ge-
renda est: ac sponte ferendum, si ueluti iniquus seductor,
hæreticus, erronus, temerarius &c. hinc quispiam uitii
peretur,

peretur, persecutionem patiatur, abigitur, exuratur, ali
iae ratione madetur, ijs enim DEI misericordia propè
est. Siquidē fides & ueritas illi nec diripi, nec auferri pos-
sunt, etiam si uita adimatur, quanquam pauci sint etiam,
quib[us] prouictoria & Triumpho furiant & seuiant,
quemndmodum in re & iure temporis huius obuenit,
quando nec maxima horum pars sit, qui uere & ex ani-
mo fateantur. Huiusmoditamen afflictum queri & lu-
gere decet, non propter seipsum, uerum eorum cauſa,
quibus ex Euangelij oppressione, animarum salus impe-
ditur, immo potius hic (ante conspectum DEI) plangat,
& laborei pro remouēdo tanto animarum damno, quod
Moabite dare semper moliuntur, ob res, iuraq[ue] sua tem-
poralia, ut paulo antè memoratum est. Res enim misce-
randae est, ubi uerbum DEI nec uincit, nec triumphat, nō
confessoris cauſa, sed horum nominis, qui illo ipso seruan-
di erant: Ob eamrem uidemus in Prophetis, Christo &
Apostolis, tam impensum luctum, anxias item querimont-
as, quod ueritatis uerbum opprimeretur, quibus alioqui
delitiæ erant, nihil nō siue iniuriæ, siue damni ferre. Nam
alia hic uincendi subest ratio, quam in rebus mox transi-
turis, tametsi nemo ex sese uolenter pergere, talèque E-
uangelij ius impetu & inciuitate seruare uel adferre de-
beat, ceterum se coram oculis Dei humiliare, ueluti qui
fortassis indignior sit, quam ut adeo ingentia bona se du-
ce contingant, adeoq[ue] quicquid id est, orando & conque-
rendo misericordie eius commendare.

M. LV H. SVPER MAGNI=

Ecce, hoc primum Misericordiae Dei opus est, misericordia omnium, qui opinione sua, iustitia, sapientia, & quicquid est spiritualium bonorum, lubenter regent, ac spiritu pauperes permanent. His sunt ueritatem Deum, qui se nulla prouersus re, quantumvis minima dignos iudicant, ac perlubenter tum coram Deo tum hominibus nudisunt: quibuscunq; autem acceptis donis, ex pura gratia nihil merentibus datis, cum laude, gratiarum actione & timore utuntur, perinde atq; alienis bonis: non suam uoluntatem, delicias, laudem, gloriam, sed eius, cuius haec sunt, querentes. Porro indicat uirgo, quanto magis deo cordi sit hanc misericordiam, praeclarissimum scilicet opus suum operari, quam contrarium fortitudinis opus, quando adserit tale opus Dei incessanter duraturum a filiis ad usq; nepotes, in ijs, qui timent eum, quom alterum opus in tertiam, aut quartam modo generationem portendatur: atq; in hoc sequenti uersu neq; meta, neq; tempus ullum statuatur.

S E C V N D V M O P V S,
SPIRITUalem SVPER=
biam deprimere.

Exercuit potentiam per brachium suum, dispersit superbos cogitatione cordis ipsorum.

Neminem turbet germana mea tralatio, quod supra
uerterim,

uerterim: Operatur potenter, hic uero, Potentiam exer-
cuit. Ideo enim sit, ut plenus intelligamus uerba, quæ nulli
uel loco uel tempori adligata esse debent, uerum Dei natu-
ram & opera libere indicare, quæ semper fecit, adsiduo
facit, perpetuo facturus est, ut idem esset, si in hanc senten-
tiam in uernacula expressissim. Deus huiusmodi domi-
num agit, cuius opera ita progrediuntur, ut efficaciter di-
sperdat arrogantes, Misericordiamq; se timentibus im-
pertiat. Brachium in scriptura, ipsa Dei potentia uoca-
tur, qua sine medijs creaturis ipse operatur, id quod tacit-
te fit & occulte, ut à nemine, donec absoluū fuerit, obser-
uetur: adeo, ut ea potestas aut brachium, non possit, nisi
per fidem, intelligi & cognosci, ut uel Esaias. 53. querat-
tur, paucos esse qui fidem huic brachio adhibeant, inqui-
ens: Quis credidit auditui nostro? & cui brachium Do-
mini reuelatum est? Hoc totum ideo sit, ut sequitur illic,
quod claram hæc gerantur sub disparitatem potestatis con-
spectu. Item Abacuc. 3. inquit, cornua esse in Dei manu-
bus, ut ingentem eius indicet fortitudinem, attamen eam
fortitudinem occultam esse confirmat. Qui hoc fuit?

Hoc pacto contingit. Quando per medias creatureas
operator Deus, manifeste conspicitur, ubi nam uires sint,
aut imbecillitas. Vnde & proverbiuū uulgatum est: De-
us fortiori succurrit: uel, Audentes fortuna iuuat. Qui er-
go Principum uicerit, is est, per quem cæteros percussit
Deus: Si quem dilaceret lupus, aut aliás damnum incidat,
per creatureas id effectum est. Sic creaturem, per creatu-

M. LVTH. SVPER MAGNI-

ram struit & destruit Deus: qui occumbit, occumbit: qui persistit, persistit. Secus habent se res, ubi ipse operatur per brachium suum: tum enim destructa est res præter opinionem nostram, instaurata rursum præter opinionem nostram: nemine ad animaduertente. Tale opus inter duas mundi huius parteis operatur, bonorum & malorum hominum, siquidem bonos, encrues imbecilles & oppressos adeo reddi sinit, ut nemo non existimet actum de illis esse, finemq; horum præsto esse, & eodem quidem momento fortissimus & potentissimus adest, tam occulte ac secrete, ut illi etiam ipsi non sentiant, qui suppressio nem ferunt, sed credant: ibi plena est fortitudo Dei: brachiumq; totum. Vbi enim humane uires discedunt, diuine aduentant, si modo fides adsit, hoc expectans. At ubi cessarit afflictio, prodit, quanta, sub infirmitate deliterit fortitudo. Ecce in hunc modum uiribus in cruce destituebatur Christus, ac iuxta eō temporis, magnificentissima peragebat opera, uincendo peccatum, mortem, mendum, inferos, & omne malum. Sic omnes Martyres robusti fuerunt & uicerunt, sic & hodie omnes affliti & oppressi uincunt. Quare & Ioc. 2. ait: Qui infirmus es, dicat, fortis ego sum, at in fide, non sensu, donec iam proxime finem sit uentum.

Rursus alteram partem sinit Deus in immensum se se attollere, uim suam illis adimes, ex proprio robore intumescere sinit. Vbi enim humane uires subintrant, diuina uirtus exit. Postquam uero referta est bulla, & quibus

uis hos superiores arbitratur atq; uiclores, punctim Deus bullam ledit , & mox actum est . Stolidi ignorant eo ipso, quo exurgunt & uires sumunt, se alienatos à Deo, ac iuxta diuinum brachium secum non esse . Vnde & horum ad suum usq; tempus durat, studium, postea euane scit instar bulle, fitq; quasi nunquam fuerit . De quibus & Psalm. 72. in quo ubi demiraretur, qui fieret, ut scelearati & impij adeo diuites, securi, & præpotentes fieret, tandem diebat : Ne quiui id cognoscere , donec archana Dei consilia considerarem, ac extrema eis euentura obseruarem, ibi uero cognoscebam, ad suam ipsorum delusionem eos in altum erectos , atq; in eo ipso deprimi , in quo erigebantur . Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt , perierunt propter iniquitatem suam, uelut somnium surgentium . Et Psalmo. 35. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani . Et transiui, & ecce non erat, & quæsui eum, & non est inuentus locus eius.

Solius fidei defectus, in causa est, nos non item modicum temporis præstolari posse, alioqui & egregie uisueramus , quomodo Misericordia Dei sit propter impenitentiam eum , brachiumq; Dei , aduersum superbos, omnium scrio & potestate . Nostotius fidei expertes, pugno etiam palpamus , pro acquirenda misericordia Dei , ac brachio eius . Que si non mox persenserimus , iam tunc nos interisse, hostes uero uicisse putamus, tanquam diuina tum graia , tum misericordia discesserint a nobis, & brachiū

M. LVTH. SVPER MAGNI-

¶ brachium eius aduersetur nobis, idq; hinc nascitur,
quod sua ipsius opera ignoramus, unde nec ipsum agno-
scimus, neq; misericordiam eius, nec brachium. Necesse
est enim, et uult, in fide cognosci. Quapropter sensus et
ratio claudantur oportet: oculus eorum offendiculo nos-
bis est, cruentus igitur est, et abiectus. Ecce haec duo
sunt opera Dei, sibi inuicem repugnalia, ex quibus doce-
mur, Deum id habere animi, ut longe absit a prudentibus
et sapientibus, propè uero ad sit insipientibus, istos de-
mum iniustos esse oportere. Hoc Deum uere amabilem et
laudabilem postremo reddit, corpus, animum, omnesq;
uires consolatur.

Proinde ad uerba uertas animū: Dispergit superbos
mente cordis sui. Haec uastatio seu dispersio fit (uti dictū
est) quom fuerint prudentissimi, propriæq; sapientiae ple-
nissimi, tunc enim Sapientia Dei certissime abest. Qua ra-
tione autem uastaret melius, quam faciendo eos ætherne
suae Sapientiae uacuos: admittendoq;, ut transitoria huius
mundi sapientia repleantur, Εμφατικῶς dicit. Super-
bos mente cordis sui, hoc est, eos, quibus sua opinio, intel-
lectus (quem non Deus, at cor eorum subministrat) per-
placet, cœu solus rectissimus, optimus, sapientissimus sit,
quo et se extollunt supra metuentes Deum, opinionem
et ius eorum damnant, uituperant, persecuntur extreme-
me, ut sua omnino causa iusta sit, et consistat. Quod ubi
adsecuti fuerint, se se ipsi tactant, tolluntq; in aera, Iudeo-
rum more, qui Christo contraueniebant, nec tamen obser-
vabant

uabant interim, sua uastari, & ludibrio exponi, Christū
uero ad ingentes exaltari glorias. Videmus ergo hunc uer-
sum, de spiritualibus loqui bonis, docereq; qua via opera
Dei, in hisce bonis cognoscantur utrinq;; docere item Spi-
ritus paupertatem nos æquo animo amplecti debere, in=
iuriāq; perpeti: aduersario uero, quod efflagitat, ius per-
mittere, quandoquidem in hoc non diu efflare glorias pos-
sit. Fortissima est hic promissio, nō euasuros elatos brachi-
um Dei, oportet eos deijci, quantumuis sese fecerint sub-
limes, si modo id ipsum credamus fore. Vbi uero desit fi-
des, non operatur Deus tanta opera, iisque dimissis aper-
te per creaturas operatur, ut iam ante repetitū est. Atqui
hæc non sunt uera opera, in quibus cognosci possit, nam
creature utres iuxta admiscentur, nec sunt opera Dei nu-
da, que talia oportet esse, ut nemine adiutante, solus ipse
operetur. Id sit quando deficimus & opprimimur in iure
& opinione nostris, Deiq; uirtutem in nobis patimur.
Hæc sunt præclara opera. Porrò quam artificiose impios
taxat, neq; ad manus nec oculos respicit, sed cor intuetur,
dicens: Superbos mente cordis sui, quo præcipue diuinæ
ueritatis hostes tangit, quales erant Iudei erga Christū,
& hodie sunt, horum similes. Tales enim & docti & San-
cti uestibus & gestu fastuosi non sunt, orationi, ieiunio,
concionibus, studijs, Missarum celebrationibus plurimū
dediti: capite ij prono incedunt, ac neminem seipfis infen-
siorem hostem superbiae, iniuriae, hypocrisis esse comper-
tum habent, neq; tum ueritatis tum Dei quenquam mai-
rem

M. LUTHER. SUPER MAGNI=

rem amicū seipſis. Qui dānum ueritati dare pōſſent, ni tam sancti, probi, docti q; uiri eſſent? Si quidem hæ ſpecies illorū fulgent, relucēt, uulguſ q; permouent. Hui quā optima ducuntur opinione, inuocantes Deum, miferi I E S V cōmiferti, quia tam inique agat, ſuperbus ſit, deniq; iuſtiitia & probitate illis impar. De ijs Matth. 11. ait: Sapientia Dei iuſtificatur à ſuis filijs, id eſt, ſapientiores & iuſtiores ſunt me ipſo, qui ſum diuina ſapientia. Quicquid ago & iniquum, & horum correctioni obnoxium eſt.

Hi ſunt omniū in terris pestilentissimi, nocentissimi q; homines, quorum mentis ſuperbia iſta, profunda, adeo q; diabolica eſt, ut nullam admittere queat medicinam, conſiliū me tuum. Neq; enim audiunt, quid dicatur, immo nec ad ſe pertinere putant, ſed ad erumnosum peccatum, qui non ut iſti, egere huius doctrinæ, poſſit. Iohannes Genimina uiperarum hoſce uocat. Lucæ 3. item & Christus. Hi ſunt qui Deum uere non timent, & in hunc uerum idonei ſunt, quo Deus deſtruat eos, una cū arrogan‐ tia ſua. Quia uero nemo eſt, qui eque iuſtitiam & ueritatem persequuntur, atq; iſti (Dei tamen, ut memoratum eſt, & iuſtitiae nomine) ideo & inter treis hoſtes dei, hoſtiores oportet eſſe, in hoc latere: diuites enim uiliſimi hoſtes ſunt, quibus præpotentes opere præſtant. Eniuero longe ſuperant utroq; docti huiusmodi, qui utrinq; irri‐ tatione cruenta nocent. Diuites apud ſemetipſos ueritatem extinguent. Potentes ab alijs etiam amoliuntur. Do‐ gli uero pro rorſum in ſeipſa obliterant eam, ac in huius lo‐

cum

cum suae mentis opinionē surrogant , ut resurgere tandem
nequeat . Quanto iam ueritas in scipsa melior est homini-
bus, in quibus habitat, tanto peiores docti , potētibus &
opulentis . Quām Deus hos odit, ut pareat.

TERTIVM OPVS DEPRIME-
RE SUBLIMES.

Deposituit potentes à sedibus.

Hoc operis una cum sequentibus facile intelligi potest
ex duobus prioribus . Quemadmodum enim destruit sa-
pientes & prudentes in suis cogitationib. & opinioni-
bus (quibus fredi arrogantiam suam exercent aduersus
timentes Dei, quos iniustas fouere parteis oportet, horū
& sensui & iustitiae nigro Thita, quod aiunt, præfixo, id
quod maxime fit, ob uerbum Dei) Sic & perdit & depo-
ponit potentes & magnos cum viribus & dominatu eo-
rum, quibus innixi , superbiam suam erga inferiores ex-
ercent , piosq; homines , qui coguntur ab istis ferre pœ-
nam, mortem, ac nihil non mali . Porrò qua ratione con-
solatur illos, qui tum iniustitiam , tum ignominiam perpe-
ti coguntur, propter iustitiam, ueritatem & uerbū suum,
hac & eos animat , qui damnum & mala ferre adigun-
tur, at quo hos magis consolatur , hoc illos terret magis.
Atq; hoc totum in fide cognoscendum & expectandum
est omnino . Nam & potentes non tam cito destruit, atq;
meriti

M. LVTH. SVPER MAGNI-

meriti sunt, aliquanto finens, donec potestas eorum ad summum & Coryphaeon deuenerit, tum demum non conservat eos Deus, neq; seipsa conseruare potest superba dominatio, tum & in seipsa evanescit & decerpit, absq; omni tumultu & seditione: tum & oppressi prodeunt et exaltantur absq; tumultu & strepitu. Virtus enim Dei in illis est, que & sola permanet, ubi altera pessundata est. Obserua autem, quod non ait, sedes aut thronos, cum uastare, ceterum e sedibus potentes ejcere. Neq; etiam dicit: Oppressos humi deserit, uerum extollit eos. Quandiu enim mundus iste uiget, tandem Magistratum, Administrationem, Potestatem, ac thronos permanere necesse est. Quod uero his male contra Deum utuntur, iniuriam & uiolentiam addentes bonis, & quod præterea hæc uolupie eis sint, ac inde cristas erigant, non cum timore dei utentes hisce, ad laudem eius, iustitiae & tutelam, id uero diu sufferre non potest. Ita uidemus in uniuersis historijs & experimentis, ut aliud regnum erigat Deus, aliud uero dei ejciat. Principatum alium extollat, alium supprimat: populum alium multiplicet, alium extinguat, ut cernere licet in Assyrijs, Babylonij, Persis, Græcis & Romanis, qui tamen sempiternum regnum se regnaturos arbitrabantur. Sic nec rationem, sapientiam, & iura destruit, quom oporteat hæc omnia adesse, si mundus consistere debeat. Sed enim fastum, ac iuxta fastuosos, qui sibi ipsi hisce donis inseruiunt, & complacent, deum non reformat, & pios & diuinum ius prosequuntur, adeoq; speciosis

ciosis DEI donis, contra DEVUM abutuntur.

Iam contingit in rebus Dei, quod sapientes & arrogantes opinatores, ut ita dicam, plerumque se prepotentibus accommodent, eosque aduersus ueritatem irritent, ut est in Psal. 2. Reges terrae creixerunt se, & Principes conuenierunt in unum aduersus Deum & unctum eius. Ut perpetuum ius & uerum aduersa habeant sibi, sapientes, potentes, diuites, id est, mundum unum cum summis maximisque uiribus eius. Consolatur eos itaque spiritus sanctus, per os huius matris. Ne errant, nec terrefiant, sinant istos sapientes, fortes & opulentos, quando non diu durabit. Quod si sancti & eruditii iunctis sibi sapientibus, potentibus, dominationibus, & diuitiis non contra, sed apud ueritatem statuerent se, iniustitia ubi maneret? quis quid pateretur malis? Nihil minus autem. Siquidem sanctos, Potentes, Magnates, Diuites, & quicquid est optimum mundi, aduersus Deum & iustitiam pugnare necesse est, Satanaeque proprios ac dicatos esse, Abacuc primo testificante. Cibus eius, inquit, delicatus & electus. Hoc est, Spiritui maligno palatum est Alexandrina mense deditum, adeoque delitiosum, per quam lubenter deuorans optimum, delicatissimum, electissimum itidem, ut ursus mella. Quare et eruditii, Pharisaei sancti, Herodes, diuites, Diaboli sunt laetitiae & cupedie: rursum, quicquid mundus abiicit, pauperes, humiles, simplices, uiles, contemptos, eligit Deus, ut Paulus. 1. Corinth. 1. testatur, ut ex optima mundi parte, patiatur abiectissima, ut omnino cognoscatur, quam non

M. LVTH. SVPER MAGNI-

in hominibus, sed in sola dei potestate sit nostra sita salus
quod & Paulus ait. Hinc defluxit, quod uulgo iacentur
prouerbia: Eruditos esse peruersos, & Principem ferina
esse carnem in caelis. item hic diuitiae, alibi inopia. Docti
enim tumorem cordis sui non missum faciunt. Nec poten-
tes oppressionem dimitunt. Nec opulentu[m] uoluptates su-
as posthabent, sic demum fiunt, quae fieri possunt.

Q V A R T U M O P V S
Exaltatio humilium.

Et exaltauit abiectos.

οὐ πάντες ταπεινοί ταπεινώφεονές εἰσι, ceterum quicunq[ue] nullius coram mundo
ἀλλὰ πάντες οἱ ταπεινοί existimationis & nihilum sunt. Namea
νώφρονες, καὶ ταπεινοί. οὐ μήρ, διὰλλοι
οἱ αὐτομάται ικαΐδες
ληθῇ ταπεινοί οὐτοίσε
ιψή τῷ οὐτὶ ταπεινοί
φεονές εἰσι.

Abiecti nō semper humi-
les, sed humiles semp ab-
iecti. Porro qui uere &
suapte sponte abiecti sūt,
ali euā uere humiles sūt.

Abiecti hic non sunt humiles uocandi,
ταπεινώφεονές εἰσι, ceterum quicunq[ue] nullius coram mundo
ἀλλὰ πάντες οἱ ταπεινοί existimationis & nihilum sunt. Namea
νώφρονες, καὶ ταπεινοί dem uox est cū superiore, ubi dicit: Respe-
νοί εἰσι. οὐ μήρ, διὰλλοι xit abiectionem ancillæ sue. Attamen qui
οἱ αὐτομάται ικαΐδες sponte sua abiecti & nihil ex animo sunt,
ληθῇ ταπεινοί οὐτοίσε nec sublimia querunt, ij certò humiles
ιψή τῷ οὐτὶ ταπεινοί sunt. Proinde exaltatio illa non sic accipi-
enda est, quod in libronos & loca deiectionis
reponat eos, quemadmodum nec timen-
tes se, quando misericordiam exhibit
eis, in locum doctorum, hoc est, superbo-
rū surrogat; at multo potiora ijs tribuit,
ut

ut in DEO spiritualiter exaltati, super thronos & potestates, omnesq; scientias hic & in futuro iudices constituantur, quom & doctiores sint uniuersis doctis & potestibus. Id uero quo riuu obueniat, supra in primo opere memoratum est, nec hic repetendi oportunitas est. Hoc autem totum in consolationem adflitorum, & in horrem tyrannorum dictum est: Si modo tantillum fidei nobis esset, ut uere obsecaremus.

Q V I N T U M E T S E X
T V M O P E R A.

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Ut iam ante narratum est, uocandoe esse abiectos non qui abiectam & nihili formam gerunt, sed qui suapte sponte gerunt, & gerere uolunt, maxime ubi uel propter uerbum, uel ius diuinum eò compellantur. Ita & esurientes esse debent, non quibus parum uel nihil ciborum est, sed ijs, qui libenter egent, maxime si ab alijs Dei aut ueritatis causa eò compellantur. Quid deiectius, uanius, misericrius cacodæmone, & condemnatis: item ijs, qui ob scele ra sua torquentur: fame pereunt, strangulantur, & qui buscunq; non sua sponte deiectis, nec iuuat illos tamen, sed potius auget amplificatq; miseriam eorum. De ijs Dei parens electa loquitur nihil, sed de ijs, quibus cum DEO

M. LVTH. SVPER MAGNI-
conuenit qui cum DEO unum sunt, & cum quibus DE-
VS unum est.

Rursum quid oberant diuis patribus, Abrahamo, Isa-
aco & Iacob diuitiae? Quid impedit Dauidem re-
gia sedes? Danielem potestas Babilonie? & quicunq; in
sublimitate & opulentia erant, & adhuc sunt? si cor eo-
rum non magnificat eadem, nec phlautiae studet. Solomon
Prover. 15. Deus, inquit, ponderator spirituum est, hoc
est, iudicat non iuxta externam laruum & faciem, num
nam opulentus, egenus, sublimis, abiectus sit quispiam: Sed
iuxta spiritum, eiusq; circa dicta usum. Permanere opus
est formarum, personarum, statuum in terris discrimi-
na, donec uiuimus: cor uero neque inherere, nec fugere,
non inherere altis & opulentis: non fugere abiectos &
pauperes. Sic Dauid Psal. 7. confirmat: Scrutans corda et
renes deus, unde & iudex iustus est. At homines secundum
faciem discernunt, unde & per frequenter errant.

Et hec opera, itidem ut superiora fiunt occulte, ut à ne-
mine sentiantur, nisi post consummationem. Diuīs non
experitur inanitatem & calamitatem suam antea, quam
moritur aut aliás occidit, ut est in Psal. 75. Obdormierūt,
id est, obierunt, ibi demum reperiebant nihil se habere in
manibus, omnes uiri diuitiarum. Contrā: Esurientes igno-
rant plenitudinem, quoad Coriphæum non accesserit fa-
mes. Tum enim offendunt uerbum Christi Luce sexto:
Beati qui esuriunt & sitiunt: quoniam exatur abuntur.
Hancq; consolationis plena matris Dei permissionem: Esu-
rientes

ricentes impleuit bonis. Adeoq; impossibile est, permittere deam, ut quisquā in ipsum credentū, fame corporeā intercidat, ut potius omnes angelos cibare talem oporteat. Hæc à Coruis subministrabatur cibus ac farina, quantum comprehendērat manus, nutriebatur cum uida. Saepiana non modico sanè tempore. Nec enim deserere potest confidentes ei: quod & David confirmat Psal. 35. Iunior fui, etenim senui, non uidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Quisquis autem Deo fidit, iustus est. Et Psal. 33. Diuites eguerunt, & esurierunt, nō est in opia timentibus Deum. Item diua Hanna Samuelis mater. 1. Regum. 2. Repleti prius, pro panibus se locauerunt, & famelicis saturati sunt.

Atqui deplorata incredulitas nostra nunquam non obstat, quo minus Deus hæc operetur in nobis, & minus experiamur & cognoscamus ipſi, satiri, omniumq; rerum copia abudare cupimus, prius quā fames & necessitas urgeat, nōsque antea instruimus, ne futura uel fame uel indigentia cruciemur, ut nunquam gratia uel operationibus Dei indigeamus. Qualis nam fides est innitens Deo, quando sentias & noris in penu reposita tibi, quibus te uiuas. Incredulitas in cauſa est, ut uerbum Dei, ueritatem, ius, succumbere uideamus: iniuriam uincere: ac interim conticeamus, nihil puniamus, nihil ideo loquamur, nec prohibeamus: sed quemuis, ut ut sibi uisū fuerit, laxis habenis diuagari sinamus. Quid cauſe? Timemus ne fortassis et nos apprehendamus, & ad paupertatem redigamus, ac

M. LVTH. SVPER MAGNI-

tandem fame emoriamur, per petuo q; inferiores constitut-
amur Atq; hoc tum mundanas res, præ DEO timere est,
easq; in bivis loco, ceu idola colere. Quo fit, ut indigni-
simus hanc Dei promissionem consolationis plenissimam
audire aut intelligere, quod abiectos & infimos exalteat:
quod superbos deicat: pauperes repleat, diuites evacuet.
Et ita nunquam ad operum eius cognitionem deueniunt,
citra que tamen beatitudo nulla est, coguntur q; in semper
ternum damnati esse, ut Psal. 27. ad scrit. Operum Dei nul-
la inest eis cognitio, nec operum manuum eius inest intel-
lectus, ideo destrues illos, & non ædificabis eos.

Nec id iniuria, quod tantis eius promissionibus non ad-
hibeant fidem, estimantes cum tanquam leuem & menda-
cem Deum, in cuius uerba nihil adoriri audeant. Vsq;
adeo nihil de ueritate eius sentiunt. Periculum certe sube-
atis, teque illius uerbis credas oportet. Non enim inquit,
Plenus impleuit, altos exaltauit: at, Esurientes impleuit,
inferos & deiectos extulit, cum fame medium in ærum-
nam te peruenisse necesse est, nosque, quid fames, quid
ue sit ærumna, ut non assint, quibus in posterum utare,
aut quibus adiuueris, neq; apud te neq; alios, sed apud so-
lū Deum, ut prorsum opus alijs impossibile, solius DEI
sit. Eo consilio, non modo cogitandum & loquendum
tibi de abiectione, sed in eam quoq; ueniendum tibi est, in
eam te fixum oportet, & à nullo non destitutum iri, ut
DEVS illic solus operari queat: aut si haec adsequi non da-
tur, haec saltē optanda profecto sunt, neque quicquam
fugia

fugienda. In hunc finem & Christianos nos profite-
mur, et Euangelion habemus (quod Satan & homines
ferre nequeunt) ut per hoc aerumnam & abiectionem a-
deplos nos, Deus cum suis operibus introcat. Ipse tecum
reputa si satiandus ab illo eras priusquam esurires, aut
exaltandus, antequam abijcereris, necessarium erat, ut pra-
stigiatorem ageret, nec exhibere posset, quod promitte-
ret, neq; præter ludibrium opera eius quicquam forent,
quom tamē Scriptura dicat Psalm. 110. Opera eius ue-
ritas & iudicium. Quod si mox in uestibulo aerumnæ &
abiectionis opem ferre deberet, minutiora essent opera, q
ut potestatem & maiestatem eius dicerent: de quibus &
in Psalmo. 110. Magna opera Domini, exquisita in oës
uoluntates eius.

Intuemur iam aduersam partem, si excelsos & diui-
tes destrueret, priusquam ad altitudinem & diuitias eue-
berentur, quo modo se in hoc ipsum adornaret? Primum
adeo ad fastigium & opulentiam euehelistos oportet, ut te-
psi & quilibet arbitrentur, & reuera ita sit, se à nem-
ine destrui, à nemine cohiberi posse, certosq; esse caussæ
sue in tantum, ut dicant, quæ & de ijs & Babylonij iſa-
ias. 47. uaticinatus est. Et nunc audi haec delicate & ba-
bitans confidenter, quæ dicas in corde tuo, ego sum, & nō
est præter me amplius. Non sedebo uidua, & ignorabo
sterilitatem. Venient tibi duo haec subito in die una &c.
Ibi tum locum habet operandi opus suum in eis Deus. Ita
Pharaonem se euehere supra filios Isræl, eosq; supprime-

M. LVTH. SVPER MAGNI-

re permittebat, ut Exo. nono de ipso contestetur Deus; In hoc ipsum excitaui te, ut ostenderem in te potentiam meam, & opera mea, ut inde præconium diuulgetur meum in toto terrarum orbe. Atq; horum exemplorum plena sunt Biblia, quæ præter opera & uerba Dei, aliud nihil docent, hominum uero tum opera, tum uerba reprobant.

Contemplare porro forte solamen, hoc est, quod non homo, sed ipse DEVS, nedum esurientibus largitur quippiam, sed et replet et exaturat. Et quod addit, Bonis, indicat talem impletionem innocuam, commodam & salutarem esse debere, ut corpori & animo grata sit. Hoc uero subinde monstratur hos antea uacuos omnium fuisse bonorum, plenos totius indigentiae. Nam ut antea memoratum est, Diuitiarum uoce comprehenduntur que cunque caduca bona, corporis sufficientiam que concernunt, e quibus & anima exhilaratur. Econtrario fames hoc loci non modo ciborum, sed quoruncunq; bonorum defectum fluxorum significare debet, quandoquidem homo interdum quibus suis rebus, cibo dempto, carere queat, ut ferè omnia bona uictus gratia adsint. Absq; cibo nemo est, qui uiuat, tametsi citra uestes, domum, pecunias, res, homines q; degere possit. Ob hanc causam Scriptura hic temporaliter maxime necessario cōmodo & usu apprehendit, intolerabilissimoq; defectu, ita ut & auaros, instabilisq; rei audios, uentris ministros: & Paulus horū Numen, uentrem uocet. Et quis unquam fortius, & maiori consolatione, invitaret ad uoluntariā famem & paupertatem,

tatem, quam hæc uehementia prosum uerba Dei parentis? nempe, quod omnes esurientes replere uelit bonis Deus? Quem hæc uerba, & tantus honos atque præconium pauperitatis non aliciunt, is proculdubio absque fide est et confidentia, instar Ethnici.

Rursus, qua ratione diuitias quispiam traducere magis queat, diuitesque atrocius terrere, quam in hoc uno, quod Deus eos inanes relinquunt? O quam utraq; ingentissima, abundantissimaque res est, impletio Dei, & reuelatio Dei. Expauescit homo, si quando audiat a patre abnuntiatum sibi, aut domini sui indignationem accipiat: et sublimes nos & diuites, non terremur, dum bellum nobis Deus indicit? Nec solum nobis bellum indicit, uerum & minatur destructionem, abiectionem & euacuationem: & diuerso gaudium est, si pater clemens, si dominus sit propitius, ut haud pauci & uitam, & quicquid possident eò impendant. Nos autem tales habentes promissionem, tamque fortem consolationem, nec uti nec frui quimus, nec gratias agere, nec letari. O dolenda incredulitas, qua truncum duricic lapidem siccitate equiparas, ut adeo ingentia non praesentire queas. Hæc de sex Dei operibus memoratis sufficient.

Suscepit Israelem puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.

Post recensionem operum Dei, tum in seipsa, tum omnibus hominibus, reuertitur ad principium, et primū, clauditque Magnificat omnium summo & capitali opere

M. LVTH. SVPER MAGNI-

Dei, quæ est incarnatio filij Dei, hicq; liberè confitetur se
esse ancillam & ministram totius mundi, in hoc , quod
opus ipsum in se perfectum, non modo in suum sed totius
etiam Israëlis cōmodum fatetur. Attamen Israële bifaria
separat, eam solum partem producens , quæ Deo inser-
uit. Nemo autem Deo seruit , nisi qui suum esse Deum
illum sinit, einsq; opera in se operari admittit , de qua re
iam antea dictum est. Tametsi hodie (malūm) uox, Serui-
tus Dei in peregrinum intellectū & usum abierit, ut qui
audiat, omnino nihil cogitet horum operum , sed potius
campanarum sonorem, lapides ac ligna templi consyde-
ret, item thuribulum, flamas lumen, boatum, aurum,
sindonem, gemmas, uestes Chori Missæq; Calicem, & re-
positorium Dominici corporis, quam uocant Monstran-
tiam, organum et tabulas, processionem et circuitionem,
& quod maximum est , Battologiam & lapillorum nu-
merum, in dominice p̄eationis nota (quod Rosarium
uocat) Ad hæc namq; (prò dolor) seruitus Dei profecta
est, quæ tamen omnino nihil cognita sunt . Nos uero,
præter hæc eadem, scimus nihil. Quoridie alta uoce prin-
cipēq; pompa Magnificat hoc decantamus, & uerū eius
tenorem & intellectum conticemus indies magis ac ma-
gis. At enim hic textus fortiter consistit, nihil Dei opera
didicerimus ac tolerauerimus, nulla aderit Dei seruitus,
nullus item Israël, nulla gratia, nulla misericordia, nullus
Deus, etiā si ad mortē usq; in templis clamaremus et sona-
remus , & uniuersa mundi bona in istum conferremus
usum.

ufum. Nihil de ijs precepit Deus. Ideo haud dubie, nec be
neplacere ipsi possunt.

Tali itaque Israeli, seruienti Deo, incarnatio Christi
commoda est. Hic proprius, & gratus ei populus est,
cuius causa & incarnatus est, ut e potestate Satane, pec
cati, mortis, inferorum, eriperet eum, ac ad iustiti=am,
sempiternam uitam & beatitudinem adduceret. Hæc
est illa susceptio, quam concinuit hic. Et Paulus Tit. 2. pro=
clamat: Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos re=
dimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum ac
ceptabilem. Petrus itidem. 1. Petri. 2. Vos estis gens san=
cta, populus acquisitionis, regale sacerdotium &c. Atq;
hæ sunt diuitiae diuinæ, & immensa misericordia Dei,
quas e nullo prorsum merito, sed ex mera gratia adsecuti
sumus. Quare etiam sic inquit: Recordatus misericordia
sue. Non aut: Recordatus est meriti & dignitatis nostre,
Constituti quidem eramus in necessitate, sed planè indi=gnati. Ex eo iam laus & honor eius persistit, nostraq; glo=riatio & presumptio silet. Nihil erat, ex cuius intuitu per
moueretur, nisi ex sua ipsius misericordia, quam & ideo
cunctis gentibus fieri perspicuum oportebat. Sed quor po
tius recordatus ait quā intutus est misericordiam suam?
Ideo uero quod promiserat hanc, ut sequens subinde uers
sus planum facit. Porro hanc tam diu distulerat, ut propè
modum huius oblitus uideretur (sic enī & uniuersa eius
opera apparent, quasi obliuisceretur nostri) atqui quom
ipse ueniret, cum nō esse oblitum, cognoscebatur, sed me
ditatum

M. LVTH. SVPER MAGNI-
ditatum sūisse assiduo , quod impleret promissa.

Sed uerum est, quod Israēlis nomine, soli Iudei , non
Genes intelligantur: quom uero adspēnarentur eum, se-
ligens aliquot ex eis, Israēlis uoci satisfecit, ac porrō sp̄iri-
tualem Israēlem substituit . Id portendebatur Gene. 32.
quom diuus patriarcha Iacob cum angelo luctaretur, lu-
xatumq; femur auferret . Significabatur enī filios Israēl,
non gloriari porrō debere, de carnali generatione, ut Iu-
dei adsueuerunt . Eò enim & nomen indebatur illi , ut in
posterum Israēl uocaretur, tanquam Patriarcha, qui nō
modo Iacob carne progenitorum filiorum, sed Israēl etiā
am spiri ture renatorum, parens esset . Huc & uocabulum
Israēl quadrat, quod sonat dominum Dei , quod omnino
sanctum, & sublime nomen est, complectens in se ingēs
hoc miraculum, quod homo per diuinam gratiam , quasi
Deum in suam potestatem adigat, ita , ut quicquid homo
cupiat , Deus efficiat , ut videmus etiam Ecclesiam per
Christum unitam esse Deo, ceu sponsō sponsam, cui ius et
fās est ad sponsi suū tum corpus, tum omnia illius . Hoc to-
tum autem per fidem contingit, qua homo diuinae uolunta-
ti obtemperat, rursum Deus humanae gerit morem , ut
ad eo Israēl cōformis potensq; Dei, homo sit, qui in Deo;
cum Deo, & per Deum unus Dominus est, omnia agēs,
& pr̄stare ualens.

Ecce hoc Israēl significat . Schar enim dominum aut
principem, Et Deum sonat, que si coniungas, Israēl inde-
fit . Talem uult Israēlem Deus, quare quom angelo collu-
Ratus

Etatus esset Iacob, uictus angelus respondebat : Israëlu
uocaberis, post hac : siquidem cum potens fueris cū Deo,
potens eris & cum hominibus . De quare plura dicenda
forent, quandoquidem Israël sublime sit mysterium.
Sicut locutus est ad patres nostros Abra-
ham, & semini eius in æuum.

Hic prostrata sunt, omnium merita, & presumptio,
& in sublime euæcta, gratia & misericordia Dci, siqui-
dem Israëlem non suscepit Deus ob merita sua, cæterum
ob suam ipsius promissionem Ex mera autem gratia pro-
misit ex mera item gratia adimpleuit . Vnde Gal. 3 . Pau-
lus commemorat, quadringentos ante annos , addixisse
Abraham se Deum, priusquam Mosi legem ferret , ut
adeo nemo gloriari aut dicere possit, se per legem & le-
gis opera meruisse & adsecutum esse tantam gratiam
eximiamq; promissionem . Hanc ipsam promissionem
commendat & extollit super omnia mater Dei, tribuens
incarnationis præclarissimum opus, puræ, immeritæ, di-
uinæ, gratuitæq; promissioni Abraham factæ.

Hæc promissio Dei ad Abraham . Gene. 12 . & 22 . pre-
cipue & aliâs multis locis inducitur , sonorem hunc ha-
bens : Per me te ipsum iuravi : In semine tuo benedicen-
tur omnes generationes, uel gentes terræ . Quæ Deiuera-
ba, diuus Paulus & omnes Prophetæ , ut dignum est, in
sublime ferunt. In ijs nanq; uerbis & Abraham, et cuncti
eius posteri conseruati sunt & beatificati , nosq; omnes
in ijs saluari necesse est , quod in ijs comprehensus sit
Christus

M. IVTH. SVPER MAGNI-

Christus. & promissus totius mundi seruator. Porro hic est sinus Abrahæ, in quo omnes qui ante Christi nativitatem seruati sunt, permansere. Et nemo unquam sine ijs uerbis saluus factus est, etiam si omnia in unum collecta bona fecisset opera, quod subinde uidebimus.

Principio ex illis uerbis profluit. Totum mundum, extra Christum, peccatis, damnationi, ac maledictioni onus esse, cum uniuersis suis operibus & scientijs. Quom enim ait non alias, sed omnes gentes benedicendas esse, in Abrahami semine, manifestum est, nullam fore, absq; hoc semine, in omnibus gentibus benedictionem. Quid opus erat ingenti serio, pretiosoq; iuramento benedictionem promittere Deum, si iam antea benedictio, ac non pura maledictio presto esset? Ex hoc demum loco multa sacerdunt & concluserunt Prophetæ, puta. Omnes homines malos, uanos, mendaces, fictos, cæcos, & breuitate dñeoug tivai, ut non sit multi honoris, in scriptura hominem adpellari: Coram deo enim non pluris fit, hoc non minis, quam apud mundum, si quis mendax, periurusq; uocetur. Adeo in Adelapsu perijt, ut maledictio ei congettata, propemodum natura eius & essentia fiat.

Deinde sequitur, hoc semen Abrahæ, non oportuisse naturali more è uiro & muliere nasci. Huiusmodi enim nativitas maledicta est, & maledictos profert fructus, ut iam dictū est. Si iam in hoc Abrahami semine, totus mundus, ab ista maledictione cripientus, & benedicendus erat, opus erat semen antea benedictum, à tali maledicto

ne ins

ne intactum & immaculatum esse, ac meram esse bendedictionem, plenam gratiae, & ueritatis. Rursum, siis qui non mentitur Deus, loquitur & iurat Abrahāi naturale semen fore, hoc est, naturalem germanamq; prolem quae è carne & sanguine illius nascatur. Necesse est huius modi, uere naturalem esse hominem, è carne & sanguine Abrahāi. Iam hæc uicissim pugnant naturalem carnem & sanguinem esse Abrahæ. Nec tamen ex uiro & muliere, naturæ ductu progenerari. Ideo enim utitur hac uoce, sementuum, & non hac uoce, proles aut filius tuus: Ut omnino clarū, indubitateq; foret, naturale sanguinem et carnē illius esse debere, sicuti & semen est. Poest fieri ut proles aliqua, nō sit naturalis proles. Quisnam h.c me dium attinget, ut Dei tum uerbum tum iuramentum uera sicut, in quibus res adeo pugnantes mutuo sibi obuiant.

Deus profecto, qui, quod addixit, exhibere poest, etiam si nemo capiat, priusquam fiat. Quapropter uerba & opera eius haud naturæ fundamenū, sed liberā puranq; fidem efflagitant. Abrahāo semen excitat, naturalem filium, ex una filiarum eius, pura & casta uirgine Maria, per spiritum sanctum, absq; uiri operatione, illic naturalis conceptio, & generatio non fuit sua cum maledictione, nec contaminare potuit semen, ac iuxta tamen naturalem semen Abrahæ est hic æque, atq; in omnibus alijs Abrahæ filijs. Ecce hoc est benedictum Abrahæ semen in quo uniuersus terrarum orbis à maledictione sua eripitur. Credenti nanque in hoc semen, inuocanti, confitenti,

illiq;

M. LVTH. SVPER MAGNI-

illiq; adh̄erenti, maledictio seu noxia dimittitur, omnisq; bencdictio tribuitur, pro sono uerbi, & iuramenti Dei. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Hoc est, quicquid benedicendum est, per hoc semen, aliudq; nihil benedicendum est. En hoc est semen Abrahæ, quod ex nomine filiorum suorum, quod Iudei semper intuti sunt expectaruntq; sed ex unica modo filia eius Maria natu est.

I dipsum hic uult decora mater Dei, ubi dicit: Quod Israëlem suscepit Deus, iuxta promissionem Abrahæ factam. Abrahæ inquam ipsi & semiui eius uniuerso. Videlicet sane tum promissionem in se impletam. Ideo dicit iam nunc esse consummatum hoc, eumq; suscepisse iam, uerbo suo satisficisse, ex pura misericordie sue ad memoriam reuocatione. Hic obseruamus Euangelij fundamen-
tum, quam ob rem doctrinæ ac sermones in eo omnes, ad Christi fidem, & Abrahæ simum urgent, nam neq; consilium est, neq; auxilium ubi hæc desit fides, in qua benedicendum semen deprehendi queat, & uere tota scriptura in hoc iuramento Dei pendet. Nam uniuersa in Biblijs, in Christum scopum suum respiciunt. Ultra uidemus omnibus ueteris Testamenti patribus, omnibus item Prophe-
tis, eandem fuisse fidem, idem Euāgeliū, quæ nobis sunt, ut D. Paulus. 1. Corint. 10. astruit. Nam in hoc testamen-
to Dei & simu Abrahæ, omnes firma fide perseverarunt, itaq; conseruati sunt, nisi quod ipsi in futurum & pro-
missum semen crediderunt. Nos uero in id quod apparuit, & exhibitum est, credimus. Est autem utring; eadem
ueritas

ueritas promissionis, eadem etiam fides, idem spiritus, idem Christus, idem Dominus hodie, ut eo tempore & in saecula, ut est Hebr. 13.

Quod uero post hac Iudeis lex ferebatur, non est simile huius promissionis, ideoque contigit, ut è lumine legis maledictam suam agnoscerent natura, & post promissum benedictionis semen, ardenter, uchementiusque suspirarent, in quo uno prærogatiuam habuere præ cunctis gentibus terræ. Sed prærogatiuam in dispendium permittunt, induxeruntque in animum legem suis adimplere uiribus, nec inde ærumnosam suam cognoscere maledictio nem. Hocque pacto sibi ipsi ostium occlusere, ut præterire eos cogretur semen, in qua opinione adhuc durant deus autem faxit ne diutius, Amen. Hoc denum certamen omnium, cum ipsis Prophetarum fuit: quia uero recte intelligebant Prophetæ mentem legis, quod in ea nostræ naturæ agnoscenda esset maledictio discendumque, ut Christus inuocaretur: idcirco reiiciebant omnia opera, & uitia Iudeorum, quæ hoc non ingrediebatur iter, concitatior modo, trucidabant hosce, tanquam eos, qui reiicerent seruitutem dei, bona opera, speciosamque uitam: quo modo hypocrita & gratiae uacui Sancti, nunquam non faciunt. De quibus non pauca dicenda essent.

Quom ait: Semini eius in æuum. Intelligendum est quod talis gratia in Abrahæ sanguine (qui sunt Iudei) ab eo tempore primum, per omnia tempora, usque ad nouissimum diem duratura sit. Tametsi enim bona pars inuidit

M. LVTH. SVPER MAGNIA

rata sit : sunt tamen nullo non tempore, quantumuis pau-
ci, qui ad Christum conuertuntur, & in eum credunt, &
haec DEI promissio non mentiatur: Abrahæ scilicet facta
esse & semiuius promissionem, non unum, non mille an-
nos, sed in euum, aut secula, id est ab uno hominum tem-
pori in aliud, absque intermissione. Quocirca non tam
inhumaniter Iudeos tractare debebamus, quandoquidem
inter eos Christiani adhuc quidam futuri sunt, in dieis quo
fiunt: ad id soli illi, nec Gentes nos, promissionem habent,
futuros semper in semine Abrahæ Christianos, qui bene-
dictum semen agnoscant. Res nostra supra meram gra-
tiam, absque DEI promissione fundata est: quis nouit,
quomodo, & quando? Si nos pie & Christiane uiuem-
remus, eosque benignitate ad Christum adduceremus,
equissimus esset modus. Quisnam Christum indueret,
si uideat Christianos tam atrociter cum hominibus age-
re? Non sic charissimi Christiani. Dicatur eis benigne ue-
ritas, quam si auersantur, dimitte eos. Quotusquisque ho-
die est Christianorū, qui Christum non reputant, uerba e-
ius non audiunt? peiores tam Gentibus, quam Iudeis, quos
tamen sua pace frui sinunt, imo & ad horum prouol-
uuntur genua, pro idolis ferè adorantes etiam. Hic iā
hac uice quiescimus, orantes D E V M profano intel-
lectu huius uirginei Epithalamij Magnificat, qui non mo-
do luceat & loquatur, sed ardeat & uiuat in corpore &
animo, id ipsum seruator noster C H R I S T U S
concedat. Amen.

Postremo

Postremo ad te redeo Clementissime Princeps, obſe
trans T·C· meam audaciam ut boni consulat. Quanquā
enim ſciam, tuę clementię pubertati copiosos praecepto-
res, admonitionesque quotidianas eſſe, meę tamen ſubdi-
tę debitęque fidici. præterea conſcientię meę curam, &
exhortationem erga T·C· cohibere non potui. Quan-
doquidem omnes futuris temporibus ſperamus (quod for-
tunet propius Deus) Saxoniae Regnum in T·C· manus
peruenire debere, quę res eſt certe ingens, ſi feliciter ceci-
derit: rurſum periculosa & erumna, ſi male. Nos ue-
ro in omnibus optimum ſpectare & orare conuenit, nibi
lo uero minus, timere ſollicie poffimum.

T· C· id in animo cogitet. Quod Deus in uniuersa
Scriptura, ne unum quidem Gentilem regem aut Princi-
pem commendari permiferit unquam, nec à condito qui-
dem mundo, ſed ſemper increpari fecerit, quę eſt horren-
da imago cunctis Magistratibus. Præterea nec in popu-
lo ſuo peculiari Iſraël, quenquam Regum laudabilem, ir-
reprehensibilemque repperit: Præter hęc omnia, in
populo Iuda, qui caput fuit totius humani generis, ele-
uatum & dilectum ſuper omneis creaturas: pauci tamen
nec ultra ſex Reges laudati ſunt. Denique tenerrima
illa particula, preciosiflmuſq; Princeps Dauid, qui ne-
minem nec retro, nec prope, nec poſt ſe ſimilem ſui relin-
quit in mundano regimine, etiam ſi timore & Sapientia
D E I plenus, omnem cauſam ſuam ex ſolo D E I im-
perio, non ſua ratione iudicaret & ageret, impinge-

M. LVTI. SVPER MAGNI-

bat aliquando tamen, ut & Scriptura quom administratio
nem eius culpare non posset, & populi tamen incom
modum, quo ex Davide obruebatur percensere deberet,
non Davidi, sed populo imputaret, dicens: DEVM suc
censisse populo, Davidemque uirum sanctum à Satana
commoueri permisisse, ut populum numerari curaret,
quod ob facinus septuaginta millia uirū peste interire
oportebat.

Hoc totum sic ordinavit DEVS, ut Magistratus terre
at, in timore conseruet, eosque suorum periculorum ad
moneat: nam ingentes diuitiae, ingens honor, ingens po
testas, ingens fauor, insuper & adulatores, a quibus ne
mo Dominorum liber est, ex aequo cor Principis obſident
& oppugnat illud, adeoque ipellunt ad fastū, ad dei obliuio
nem, ad nullam, siue populi, siue Reipublicæ curam, ad uo
luptatem, temeritatem, curiositatem, otium: Breuiter,
ad omnia iniusta & uitia, ut neque arx, nec ulla profecto
ciuitas adeo obſideri & oppugnari queat. Iam qui post
ante dicta exempla non caſtrametatur, sibiq; timore DEI
pro aggere & uallo adſumit, ubi quæſo manebit? Si
cubi enim dominus quifpiam & Magistratus suum non
deamarit populum, sibiq; hanc unam reliquerit curam,
non quo modo ipſe lautos dies transigat, sed quo modo ſu
us populus ſui pſis exemplo in bono erigatur: actum eſt
de eo, dominationisq; ſue ſtatus porro ad ſolam anima
ſue perniciem ualebit, nec quicquam iuuabit cum, quod p
ijs magnos Anniversarios, ut hocant, Monasteria, altaria
hoc

hoc uel illud fundare uelit. DEVS status et officij ratio nem ab eo poscet, nec aliud quicquam sibi curæ erit.

Quocirca mi clementissime Domine et Princeps, C. T. commendo M A G N I F I C A T, præcipe quintum et sextum uersus, penes quos in medio comprehenditur, orans iuxta et obsecras T. C. totis uitæ sue temporibus, nihil eque in terris tremere, ne inferos quidem uelit, atq; id quod sancta DEI parens hic, Mentem cordis sui uocat. Hic est maximus, præsentissimus, potentissimus, nocentissimusq; hostis omnium planè hominū, præsertim uero Magistratum, nomina illi, Ratio, bona inten^{tio}, uel bona opinio, ex qua omnia consilia et gubernationes defluere opus est, tuaq; C. tuta esse non poterit, si hoc non semper suspectum habuerit, et in timore DEI secuta fuerit, non modo C. T. Senatorum, sed omnium, qui à consiliis sunt rationem, nullius uilpendendum est consilium, in nullius item fidendum. Quid tum faciendum?

Hoc profecto, ne T. C. orationem in Monachorum cullos, aut sub calices ableget, ut hodie scelerosus mos est, super aliorum orationes edificare et fidere, propri: post habita. Cæterum T. C. liberum alacremq; animum sumere debet: ac semota pusillanimitate uel in corde, uel aliis occultis locis, ipsa Deum conueniat: illiq; ob pedes projectat claveis, ac sua ipsius ordinatione urgeat eum, hoc patto: En Deus et pater mi, hoc tuum opus, haec tua ordinatio est, me in hoc statu ad regendum, natum esse procreatumq; quod et omnino negare nemo potest, tuq; agno

M. LVTH. SVPER MAGNI.

scis ipse, siue dignus sim, siue indignus, hic presto sum,
ut ipse cernis, & cuilibet manifestum est. Dona itaque
Domine mi & pater, ut populo ad laudem tuam, suumq;
commodum praecesse ualeam, ne permittas oro mea ratio-
ni me, tu uero ratio mea esto.

Super sententiam huiusmodi incipiatur & progredia-
tur, quicquid præ manu est, in Dei commendatione. Por-
rò quantum tali precatione & animo Deo gratum fiat, in-
pse in Solomone, qui item in hunc modum orabat, indicat.
Quam orationem hic simul in Germaniam transfudilina-
guam, ut eam T.C. pro exemplo Sermonis huius in fine
retineat, & ut alacrem in Dei graliam, fiduciam exci-
tet, quo utraq; cum timor Dei tum Misericordia
persistant, quæ admodum quintus uersus deto-
nat, comendans me hisce T.C. quam ad felici-
cem gubernationem conseruet Deus,

A M E N.

Oratio



ORATIO

S O L O M O N I S P R I N-
cipe digna. 3. Reg. 3. iuxta hebræū fontem.



N ciuitate, cui
nomen Gibeon,
apparuit Domi
nus Solomoni p
in somnum no-
ctu, dixit q; De-
us: Pete, quod ti
buriuam. Et
dixit Solomon:
Tu fecisti cū ser-
uo tuo patre
meo David, Misericordiam magnam, eo quod ambulauit
coram te in ueritate & iustitia & rectitudine cordis anie-
te, custodistiq; ei misericordiam magnam hanc, & dedi-
sti ei filium sedentem super thronum eius, iuxta diem hūc.
Et nunc Domine Deus meus, turegnare fecisti seruum
tuum pro David patre meo, & ego adolescentulus, igno-

G 4 rans

trans exitum & introitum. Seruus autem tuus in medio
populi tui, quem elegisti, populum multum, qui neque nu-
merari neq; scribi potest præ copia. Proinde imperias
seruo tuo cor audiens, ut iudicet populum tuum, ut sciat
a malo secernere bonum. **Q**uis enim iudicare poterit po-
pulum tuum grauem hunc? Et placuit res ea in oculis do-
minis, quod petiit Solomon rem hanc. Dixitq; Deus ad
pratio Do eum: Eo quod petisti rem hanc, & non petisti tibi dies
minorum multos, nec petisti tibi diuinas, nec petisti uitam inimico-
& Princi rum tuorum, sed petisti tibi intellectum, ut audias iudici-
pum hec um, ecce feci secundum uerba tua, ecce dedit tibi cor sapi-
ens & intelligens, quod similis tui non fuerit ante te, nec
post te exurget similis tui. Præterea quod non peti-
sti, dedit tibi & diuinas & honorem, ut non sit simi-
lis tui quisquam inter Reges omnibus diebus tu-
is. **Q**uod si ambulaueris in uix meis, ut cu-
stodias statuta mea & præcepta mea,
quemadmodū ambulauit David pa-
ter tuus, plongauit etiā dies tuos.

Diuī



DIVIZA-

CHARIAE PROPHETIA
Lucæ primo.

Zacharias spiritu sancto repletus, & uaticinatus est, dicens.

Benedictus dominus Deus Israel,
quoniam uisitauit, & redemit populum suum.

2
Et erexit cornu salutis nobis, in
domo David serui sui.

3
Sicut olim locutus est, per os sanctorum
sanctorum Prophetarum.

4
Ut eriperet nos ex inimicis nostris, & e manu omnium osorum nostrorum.

5
Ut misericordiam exhiberet patribus nostris, & recordaretur testamenti sancti sui.

6
Hoc est, ut recordaretur iuramenti, quod
iurauit Abrahamo patri nostro, ut daret
nobis.

7
Ut ab inimicis nostris redempti, intrepide
G 5 scrutari.

M. LVTH. SVPER BENE-

seruiremus illi , omnes dies uitæ nostræ , in
sanctitate & iustitia , quæ coram ipso precio
sa est.

Tuç puelle, propheta altissimi uocaberis,
anteibis enim faciem domini , ad parandas
uias eius.

Et ad præstandam cognitionē salutis po-
pulo eius, quæ est in remissione peccatorum
eius.

Per uiscera misericordiæ Dei nostri , in
quibus uisitauit nos Oriens ex alto.

Vt apparet in tenebris & umbra mortis
recumbentibus , ut dirigat pedes nostros in
uiam pacis.

Prefas

PRAEFATIO DE DIVORVM
cultu & ueneratione.

Diu iohannis Baptiste ferias, non eius nomine, sed officij eius caussa retinuimus. Nam uti in parentis Zacharie Ode percipietis, ea propter commendatur ioannes, quod in Christum superq; Christū respiciat, atq; trahatur. Ut adeo Solemnitas hæc, non tam Ioannem, quam Christum concernat. Vnde ex Ioannis festus dies, non minoribus præconijs efferendus est, quam ipsius Christi festiuitas.

Atqui non ignoratis charissimi, ut haec tenus sanctorū cultu nobis sit impositum, hic illum diuum, is alium in quo cavit, divino cultui, quem à nobis poscit Deus in. 1. 2. tertioq; δεκαδόγων p̄ceptis, planè aduersando. Et hodie quidam sic occēcati, & indurati sunt, ut chorus canatis nobis iamnunc, ex gratia Dei fulgoris, splendentisq; passim lucis, nedum obliuiscantur, uerum & eandem abolere, ac penitus extinguere secum reputent, consulētq; ijs pariter è medio sublati, quorum opera prodit & accenditur. Veruntamen qui digni sunt, pulchre serua bunt lucem, indigni uero, quorum non est minima pars, in auram agunt, ac uentis cōmittunt, à blasphemis sibi suis non temperant, qui & iudicem suum oīm resciscēt. Quare in hanc rem paucula denuo repetemus, ut illi consolationem & liberationem recipient, qui adhuc in eiusmodi diuorum obsequio intricati, & captivi detinentur.

Quibus-

M. LVTH. SVPER BENE-

Quibusdam diuorum ideo festi dies dicti sunt, quod pulchre, quod caste, morateq; uixerint. Atq; hæc ferè in uniuerso terrarum orbe, communis species, & inescatio extitit, quomodo persancte uitam duxerint, miracula operati sint, ut uita defunctos in lucem reuocare pristinam, siccis pedibus Albim traijcere, hoyumq; similia. Hac ratione Diuum hunc Ioannem commendauere, quia hirsuta Camelorum pelle induitus, et zona pellicea cinctus erat. Et ut Christus de eo refert Elogium Matth. ii. Hominem mollibus uestitum existis uidere? At qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt &c. Exempli solius uice accessiuerunt Ioannem, ut ita nihil de eo nobis porrò cognitum fuerit, quam, ut neq; unum, neq; t' o' iure, uerum aquam tantum biberit, locustas & melagreste comedesrit, adeoq; sylvestribus herbulis se continuerit. Quod ipsum nec malum, nec reprobandum est, dum Christus item usus sit, ut quum in cibum sumere interdum, quod habuit, oportuit, fame enim & siti maceratus, saepenumero se in soporem collocauit, ut in Euangelijs passim liquet. Attamen hæc non sunt in Ioanne præstantissima opera. De Elia enim scriptura identidem testatur, ut tosto pane, & aqua saturatus, & confortatus quadraginta dierum, totq; noctium, iter postea emensus sit. Præterea de Mose legitimus, ut 40. dies & 40. noctes in monte Sina coram Domino impransus, incænus, ac planè omnis corporei cibi & potus expers permanserit. Id uero singulatim cauit Deus, ne signum aliquod æderet Ioannes, quem admodum

admodum & ipse Ioan. 10 testatur. Hoc uero officium illius fuit, ut Christum confiteretur ore, & dígito cōmon straret. At uero Christus, qui non adeo duram transfigit uitam, non pauca signa & mira operatus est, perinde ut pleriq; alij Apostoli in signis Ioanne superiores fuerunt. Immo quantum ad uitę rationem attinet, Ioanni Baptista non impares quidam extuerunt.

Quare ergo ita à Christo commendatur, quod nulla eo sanctior unquam proles ex mulieribus procreata sit. Atq; hæc est altera pars, qua id docemur, ut ne propter illorum uitam, uel opera intueamur diuos, uerum officij eorum cauſa. Nam ut sēpe numero, & nunquam non confirmare soleo. Opera & uita longo intervallo, à uero & doctrina, planè segreganda sunt. Opera quidem parum habent momenti, uerba uero & doctrina, omnibus numeris uitæ præstant. Nam si diuorum quenquam, siue uerbi, siue doctrinæ cauſa extollo, alia nulla in re sublis mius cum efferre queo. Quòd si omnia omnium diuorū opera, ueluti in fascem quendam unum colligata essent, nec aliquod iuxta uerbum adesset, parum, immo perditus conatus esset. Quā ob cauſam? Verbum enim Dei, ut nō satis, est Dei sapientia, Dei fortitudo, uires, potentia, & totum quod Deus est. Neq; ullum unquam opus tantum est, ut illi, uel parum curae sit, si uerbo nō adiunctum sit, ut nō si homo in corde per fidem uerbum gestaret, opera eius nunquam respiceretur. Quapropter dum uerbū Dei Ioanni erat, multi etiam ponderis coram Deo, opera eius

M. LVTH. SVPER BENEF.

eius existebant, non sui ipsorum, cæterum fidei caussa.

Verba & opera, scriptura segregat, ut cælum à terra
lucem à tenebris, ut Esaiæ. 55. memorie proditum est.
Verbum in cælo, opera in terra, comparisonem suam
recipiunt. Attamen utraq; non sunt danda uitio, nec di-
uorum opera sic reiicienda sunt, quasi olerent hircum
aut nullius planè forent pretij, quo nos tuto indulgeremus
Genio, nihil boni operaremur, ut & bona pars hodie cru-
dam, secordemq; uitam uiuit, nec porrò curat, quanti fra-
menta, ut Germanicum habet prouerbium, ueneunt. Co-
gitant enim, sane tandem doctrine non ignari sumus,
Christus pro peccatis nostris diem obiit, & à mortuis re-
fuscatutus est. Opera nostra, ut nulla sunt, sic nihil uiuāt,
ideo pro libidine, quicquid non displicuerit, perpetrabi-
mus. Non ita frater, hac tibi eundum est. Hoc uerum est.
In gratiæ regno degimus, tametsi nos imbecilles tum uer-
bo, tum fide simus, dum extincta charitate, caro parum
occidatur. At uero utrung; Deus à nobis poscit, ut & fide
et uerbo diuites simus, nec operum obliuiscamur, quibus
tum corpus nostrum domemus, tum proximo inscruidi-
mus, hic nulla ratione reiiciunt opera, modo in eo reti-
neas illa ordine, uti iam recitatum est.

Porrò ratio & mundus, non tam uerbi caussa, diuum
quempiam, ut operis laudat. Nam in opera duntaxat oculos desigit & miracula, nec enim se in altiora penetrare
potest. Verbum coram illis, humilis & abiecta quedam
uox apparet, quæ cito transcat, nec interim obseruat ins-
uictam

uictam esse Dei uirtutem in corde absconditam , aduersus quam , neq; peccatum , nec Διάβολος nec inferorum portæ prævalere queant . Nos uero qui Christo inhæremus , qui in hanc modo petram fiduciam nostram fundauimus . Scimus non adeo spernendum aut reijcendum Dei uerbum , ut hodie (malum) uidemus non parum multos à puro Dei uerbo deflectere , & ab eodem defiscere . Queso charissimi : Quot hodie reperiuntur , qui libros in publicum edere gestiunt , inter quos tres aut quatuor uix numerantur , qui uerbum sincere tractent ? Vnde si quis sese schismata & sectæ erigunt , syncerum Verbum polluitur , adeoque obscuratur , ut ægre agnosci deatur . Tam pauci sunt , qui Verbum recte conseruent , uel inter eos , qui sibi uidentur , se optime tenere uerbum , sed & firmiter persistere , qui & præter omnium opinionem ex insperato in cæno planè submergantur . Quocirca , qui stat à ruina sibi caueat , preciosior est enim thesaurus ille , quam ut in multis uulgetur .

Alij hic operibus intenti sunt , & multis & interdum puris , at nullam uerbicognitionem accepere . Zacharias uero ideo gnatum suum commendat , quod Deus populum suum uisitarit &c. Mirificum sane Canticum . Sed nec Iohannes tamen Seruator noster est , obijcere posse , nec pro nobis concessit satis , nec sanguis eius pro nobis fusus est . Quid ergo ita , natuuitatis eius gratia concinit ? Videtis hic Zachariam Domini spiritu imbutum fuisse ? optimeque in spiritu Christi intellexisse regnum ,

M. LVTH. SVPER BENE-

regnum, natumq; eò suum ducere, ut doceat adesse Deum uisitatem & redemptorem populi sui. Quare nulla tenus hec Ioanni sed soli Christo, cuius causa dicem hunc festum agimus, attribuenda uenient.

In Ioanne haec tantum inuenire est, utpote Christi eū præcursorē esse, radicibus uesci, aqua sitim restinguere. Quæ eò quidem pertinent, ut carnem eius infrenent, & aptiorem officio eius, reddant, quanquam & citra haec officium administrare suum potuissent, nisi Deus fieri secus noluisset, cibus eius & potus nihil sunt, officium eius quicquam est. Diuus ergo Zacharias ex Domini spiritu optime intellexit, quo pacto Seruatoris nostri Regnum auspiciū sumpserit. Quare Cantionem hanc per singula eius uerba uidebimus, tractabimusq;

Benedictus dominus Deus Israel, quoniam uisitauit & redemit populum suum.

De rebus uelut iam peractis, pius ille uir hic uerba facit, dum ait. Visitauit & redemit populum suum &c. Certus enim illarum fuit, iam & puellus Ioannes aderat, redemptionem auspicaturus, quemadmodum de eo Angelus predixerat, Domini eum præcursorē fore in spiritu & uirtute Eliæ, ut conuertat corda patrum ad filios, & incredulos, ad sapientiam iustorum, ut præparet domino instructum populum, hanc promissionem norat Ioannes sibi non mendacem futuram.

In quo uero redemptio haec nixa sit, aut quid secum adserat, iam Christo gratia, satis comperit uobis est, scilicet

DICTVS COMMENTARII.

59

Scilicet, ut uisitaret nos & liberaret. Quia liberatio & uisitatio, nullo neq; gladio, neq; uiolētia fit, sed solo uerbo per-
ficitur. Nā solo uerbo D· Ioannes mundo inseruit, quom
ostenderet agnum mundi tollentem facinora , id est, re-
demptionem & uisitationem nostram, quam & sanguine
suo mercatus est, ut ita plus in uerbo, quam in sanguine
& morte in cruce situm sit, nam propter uerbum , san-
guinem in cruce suum fudit. Iam denuo fores nostras acce-
dit uerbum, utinam cum gratiarū actione acceptaremus.

Ioannes primus est angelorum siue nunciorum , qui
Euangelion prædicauit . Quare nobis, quibus antehac
Euangelion annuntiatum non est , perinde est ac si iam
nunc ioannes ipse euangelisaret, proponit enim nobis hic
primum redemptions, amicam conuersationem, consol-
lationem, creptionem, à peccatis, morte , inferis , & ab
omni malo.

Visitare nihil aliud est, quam ad nos uenire, nobis pro-
ponere & adferre salutare uerbum , per quod serua-
mur . Egregia res est, Zachariam id operis cognouisse,
quòde ita dulce sapidumq; in corde fuit, ut se continere
non posset quin erumperet , nedum propter recens ædi-
tum in lucem infantem, tam et si hoc ipsum ingens illi gau-
dium pariebat, uerum eo quòd ex hoc puelli natali, longe
altius tripudium contemplatur, puta puellum , nuncium
esse, per quem Deus mundū respexerit , ut uerbo suo uis-
taret illum. Ideo letatur ob uerbum tale , quod auditurus
erat, & eò quod ex sene in iuuene transformandus erat,

H futurus

M. LVTH. SVPER BENE-

futurus in infantis discipulus in cunis iam recubantis, quem
et prophetam, se doctiorem fateretur. Immo quicquid
pater hic nosset, id pueri causa nouisse. Atque id planè mi-
randum est puerum præceptorem à Deo in gremium po-
ni Senioris.

Naturalis hic letitia conspicua adest, quod infans ille
mirum in modum progenerari debet. Præterea spiritus
gaudium, quod infans Verbi Dei præco futurus sit.
Eiusque sum animi, ut nullū unquam parentē fuisse credam,
qui tantum gaudium de prole sua conceperit, atque hic
Zacharias de nato suo, sic mirabiliter manu Dei proges-
nito, idque senectutis potissimum temporibus: quom iam
morti uicinus esset, tanti parens fit sancti, qui totius orbis
debeat esse magister, ut præ immensa letitia lachruma-
rit, adeo exuberanti gaudio perfusus fuit. In delicijs
et uoluptate nobis est, si sanum, si formosum, si æque
proportionis puerum suscepimus, ut interim taceam,
quid gaudij præbiturum sit, si Apostolū mundi proles no-
stra debeat agere?

Quicquid itaque ignominie et contemptus, antea cum
sterilis, una cum uxore sua Elisabeth existeret, pertulit id
iam illi multiplici honore, et gaudio abundatissime repen-
sum est, adeo immensas benedictiones impertit Deus, si
modo præstolaremur eum. Si quando enim ille uenerit, præ-
dues in donis aduenit, multaque plura largitur, quam unquam
uel optauimus uel sperauimus. Atque hoc est, quod popu-
lum suum et uisitarit et redemerit.

Et exexit

DICTVS COMMENTARII

53

Et erexit cornu salutis, in domo
Dauid servi sui.

Nec hæc de Ioanne dicuntur, quomipse cornu non
sit in domo Dauid erectum, quippe qui de tribu Leui ex-
ortus. C H R I S T V S uero dominus noster de
domo, deq; regia stirpe & sanguine Dauid. Proinde affir-
mat hic Zacharias filium suum de Leuitico genere na-
tum, neq; canit in domo Leui, ceterum in domo Dauidis
cornu suscitatum eretumq; esse. Hac ratione ad illum
iter suum instituens, qui è domo Dauid generandus erat,
& quom Christus nondum natus sit, ita tamen concinit,
ac si progenitus sit, nec dū cornu salutis aderat, attamen,
spiritus diuini manifestacione affore non ignorauit.

Cornu, apud Hebreos significat potentiam, confiden-
tiam, dominationē, atq; adeo, quo quis fidere possit &c.
Quemadmodū et in Daniele legit̄, ubi Propheta primū
regna uidet, deinde animantia quædam unicornia, quædā
bicornia contēplatur. Et ipse postea se se declarās, prore-
gnis, aut regibus exponit. Porrò hæc est indeoles atq; mos
huic lingue peculiaris loquendi. Hoc pactio & regnū nos-
strū et rex noster cornu est, præcipue uero Christus ideo
cornu appellatur, quod cornupetat, quemadmodū & in
brutis ipsi cernitis, quibus in fronte cornua sunt. Nam
paucā sunt animantia, quibus à naso cornua promineant.
Significat autem. Quod C H R I S T V S caput
nostrum, immo Deus noster sit, cuius regnum, cornu illius
existat. Et ut semel dicam, cornu, Euangelion est.

H 2 de Christo

M. LVTH. SVPER BENE-

de Christo nunciatum, & Christus in Euangelio uersaq;
uice, Euangelium in Christo, ut ita unum sint, nec segre-
gari queant. Nam in uniuerso terrarum orbe cornupe-
tat necesse est, fiducia nostra existens, cui innitamur, fi-
damusq;.

Addit autem, Cornu salutis, aut beatitudinis. Alia re-
gna ex suis nominibus & facultatibus adpellantur, alia
uero ampla sunt, ingentium bonorum, multi populi, ho-
norumq; copia & quibusuis temporaneis rebus exube-
rantia. Hoc regnum uero salutis, gratiae, uitae, iusti-
tie, ueritatis regnum, & cuiusq; rei ad salutem perti-
nentis regnum nominatur, quo simul ab uniuersis alijs
regnis separatur. Nam quantumuis ampla, ditia po-
tentiae sunt, regna tamen mortis nuncupantur, nam in-
termori perire, cadere tandem illa oportet, facultatesq;
post se relinquere.

Neq; enim unquam quisquam uisus est, qui regnum
uitae in mundo esse confirmariit, cui uita, pax, & salus in-
eßent, nam hoc titulo solum Christi regnum gloriatur &
triumphat, nam erexit illud Deus, ut in eo nihil sit præ-
terquam salus & felicitas.

Porrò nihil hic reperio quod de uiuendi modis, operi
busue dictum sit. Hoc enim regni, neq; in uita, neq; factis,
uerum in cornu, in Christo, Euangeliq; eius, constitu-
tum est. Hoc regnum nostrum est, de quo audistis, regnum
esse gratiae, regnum gratiae, uitae, iustitiae, salutis, atq; mise-
ricordiae, ut quisquis in eo fuerit, etiam si imbecillus & in-
firmus,

firmus, sanctitate Ioanni, perfectione uero Christo impar, in regno tamen agit, in quo præter saluationem, beatificationemq; nihil est, unde & nomenclaturam inditam seruat. Nec fallit nos Deus, salutis id ipsum regnum uocans, in domo Dauid erectum, per quid autem erectum per spiritum sanctum, & per uerbum suum.

In domo Dauid inquit &c. Regnum numerum interris esse debet, & regnum salutis. Iam haec duo intersese conser. Domus Dauid, tribus est & progenies Dauidis, qui homo fuit, ut sui regni subditi. Ut non hic dicere posses, celestis cum inter angelos, regni, hic facere mentionem, quom nihil minus agat, uerum de regno quodam loquitur, quod est inter homines, qui carne & sanguine uitalem spirant auram. Celorum enim indigenis & incolis, nihil penuria est. Dauid homo est, regnum item eius homines sunt, mortui obnoxij. Nam scriptura teste, de muliere prognatun, modicum uiuit temporis, quod praefixa fixam sibi metam præterire non possit.

Qui fit ergo, ut honor & dedecus in hoc regno conuentiant, si salutis esse domum oporteat? Quia nam harmonia, qui concordia hic appareat: ubi mortales, mortis adempti sint iuri, ubi morte digni, uita perfruantur, infelices, felices existant, quiq; Satane addicti sunt, filii Dei fiant. Id ergo coadunandum est. Quod in hac Dauidis Regie, mortales existant, qui tamen nunquam intermorantr. Cuius rationis sat is uos equidem instructos spero, immo hec aequa uos tenere, atq; me ipsum autumo. Verum

H 3 tamen,

M. LVTH. SVPER BENE-

tamen, quom textus postulet, nunquam non repetens
dum est.

Affirmavimus itaq; Christianum, qui in hoc regnosti
pendia fecerit, nunquam esse moriturum, quandoquidem
nec mori potest. Nam Christus ideo mortem oppedit, ut
mortem superaret, ne nos moreremur. Quare & pecca-
ta nostra super se tulit, ne nobis eadem ferre opus esset.
Præterea & Satanā subiecit prostravitq; ne nos subiice-
remur illi. Quapropter Christiano tribuitur, quod nun-
quam mori, nunquam peccato aut Diabolo subdi queat.
Id cnum, uel uerum uel mentitum esse oportet, quod ait.
Erexisse se cornu beatitudinis uel salutis. Quocunq;
enim locorū cornu illud fuerit, neq; morti, neq; peccato,
nec Diabolo patet aditus. Et hoc in domo David. Quam
ob caussam Christianus uilis, & absque peccato esto,
aque Satana liber. Qui hoc fit? Hac ratione.

Sæpen numero antehac caritas uestra accepit. Quod
speciem & sensum mortis, & diaboli, in nobis relin-
quit Deus, ut ita meum me peccatum laniet, conscienc-
iam meam attrahet, ad desperationem adigere uolens.
Præterea iuditium Dei terrefacit me, mors, ueluti deuo-
ratura me impedit. Satan ceruici meæ imminet, ut me
supprimat. Personam illam permanere sinat nec è me
diu tollit. Oportet enim remanere hanc speciem, ut ni-
hil sentiamus aliud, quam nos peccatores, peccato & Sa-
tanæ subiacere. Et sub hac tamen specie, uita, innocentia,
& supra mortem, Satanam, inferos, imperium, & domi-
natus

natus delitescit, ut Matth. 16. inquit. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum, non præualebunt aduersus illam, non ait, non impotent, aut aduersus eam pugnabunt. Nam haec duo morti & peccato remanent. Manente itaque insultu, manet & illius sensus, ubi me Satan impetuuerit. Iam & sentiam opere pretium erit peccati morsum, ira diuina terorem, mortis horrorem, adeoq; mortem ipsam. Atqui hoc totum extera quædam facies est, meum ante mundiq; conspectum, qui non secus agnoscimus, nec iudicamus, quam peccatum, mortem, & Satanam adesse. At interim sub illo tum insultu, tum impeiu, uerbum & spiritus adsunt, animantes, tutumq; & certum reddentes me, Deum non irasci, mihi donatam esse culpam, me nec moriturum, nec derelinquendum esse. In basi & spe cor alte recubat. Atque in tali erga Deum confidentia, sub peccato non permanet quisquam, nec in morte submergitur, sed peccati & mortis Dominus constituitur. Hoc ipsum est, non præualere, aut uncere, quod et si tentet, non tamen uincat Satanas. Id nos uocamus domum Dauidis, mortalem, peccatrixem, Diabolo obnoxiam domum, pro more uniuersæ carnis & sanguinis, & adhuc tamen cornu salutis in domo Dauid creclum, ut illius regni homines salute & felicitate gaudeant.

Ex hisce uidetis domum hanc, fidei regnum esse, quod neq; tangi a quoquam nec sentiri potest, quod alter alteri

H 4 monstrare

M. LVTH. SVPER BENE-

monstrare nō potest , sed quemuis in se habere necesse est, ut quoniam animā agere cōperit, peccatū senserit, mor- temq; coram aspergit, ut tum regnum in fide cōprehē- dat, & cogite, dimissa est ubi noxa. Deinde & Christus ideo exhalauit animam, ut in fidei regno eſſe. Quare nez quicquam tecum congredietur peccatū. Mors ablata est, tecum Christus est, ecquis tibi damnum dederit, quis quid mali fecerit? Hic secum pugnat Vita & Mors, Peccatū & Innocentia, Christus & Satan, & ita Vitam & inno- centiam cum Christo permanere necessarium est . Breue uerbum est, dictu quidem facillimum , sed non tam facile sentitur, inò diuersum quidem potius sentitur. Quare si mudi iudicio, hoc regni estimare uelis, dīc dīc πασῶp aberrasti.

Mundus id bonum & pacificum adpellat regnum, ubi omnia tranquilla, prospera & feliciter geruntur, ubi sa- lus, pax, innocentia demum , in speciem præsto fuerint. Hic uero regnum salutis & gratiae est , quanquam per- petuo diuersum adpareat . Quocirca hæc omnia in spi- ritu & fide intelligenda , nec iuxta personam iudicanda sunt . Iam pulchre hæc inter se habent , Deum eius non imperium artis eſſe, ut sub medijs peccatis, sub medio Satana , & morte semperni , potentis Angeli regni sceptro potiatur , de qua re & D. Zæ- charias ex intumis precordijs hic concinit , & qua ratione id fiat nouit , fide & spiritu reuelantibus.

Quidpias, uoluptatis & gaudij præbuerum nobis
eſſet,

esset, si talem daretur confaci. Ego neminem dum ani-
maduerti, omnibus quicquam deest. Quemcunq; tibi pro-
posueris, semper peccatum in expedito erit. Sic enim Pau-
lus A postolorum sanctissimus de se gloriatur, q; pecca-
tum in membris suis persentiscat. Velle quidem adest mi-
hi, inquit, sed perfectionem boni non reperio. Nam quod
uolo bonum, non ago: sed quod nolo malum, hoc facio. O-
ptabat quidem à peccatis liber esse, sed in istis tamen eum
degere oportet. Et ego cum mei similibus & que propen-
si sumus eo, ut à peccatis eximeremur. At fieri id nullo
modo potest, cohibemus quidem & supprimimus. In sce-
lera prolapsi resurgimus, misere cruciantes adfligentes
que nos. At uero quamdiu hac carne degrauati, sordida
ceruicibus nostris molem gestamus, tam diu non extingui-
tur peccatum, neque domari etiam potest. Conabimur
bene, ut domemus. Ceterum uetus Adam & suam uult
transfigere uitam, donec olim occubuerit, inq; soueam per-
uenerit.

Quid Plura ē Christi Regnum præcipuum quoddam
Regnum est, in quo nemo non Sanctorum hanc ædere con-
fessionem cogitur. Summe Deus, cuius potentiae cuncta
se profitentur subdita, miserum esse me peccatorem agno-
sco, ne ulciscaris iniquitates meas prisinas. Omnes quo
q; id carminis resonare oportebit; Pater noster &c. Di-
mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debito
ribus nostris. Ceteri iusti Sancti, qui tum iustitiae ium

H 5 sanctitatis

sanctitatis sue nullum quidem nouere modum aut finem, buius rei nihil intelligunt, unde nec eis annunciatum est hoc Euangelion, quom arbitrentur Regnum Christi ita sese habere, ut nihil prorsum peccati illi insit, sed omnia in eo munda & pura sint, perinde ac columbae, ut Germani loquuntur, cuncta selegissent, secreuissentque, ij tam Christianū requirunt, qui plane ab omnibus peccatorum sordibus mundatus, & ut Christus ipse auctor ageretur existat, qualem reperient, ubi per harma, quod a iunt, fulguravit. Porro is Christianus est, qui peccator existens, se peccatorem fatetur, qui exosum habet peccati sensum, ex animo illi repugnans. ille Christianus non est, cui nullum peccatum, nec peccati sensus est. Si eius modi quenpiam adsecutus fueris, Antichristus, non uerus Christianus est.

Christi itaq; Regnum in peccatis suū est: illic fixum est, quo ille posuit, in domo David. Immo Davidem ipsum uobis ob oculos ponite. Quia tamen gloriari audet, se seruum esse Domino suo gratum. Nemo est, quem pudere hic debeat, siue in hanc sententiam, siue non multum diuersam deprecandi D E V M: D O M I N E, condona nobis noxam, ideo uerum est: Maxime. Nam si mendacio studerent, Satanæ filij essent. At qui pios Christianos huius uitæ pertesum est, futuram percipientes uitam. Huc uero peruenire, in hac terra non datur eis, ut dicere queant, Nullis ego uitijs obnoxi-

ius sum, ab omni peccato mundus sum: quod si eò perdu-
xerint rem, Satanás est, qui ludit eos.

Nemo Sanctorum mendax est, quom se peccato-
res fatentur. Omnes enim libere confirmant, eisque ex
animo dolet, aerumnosam carnis molem ipsos oportere
ferre, ac una cum diu Paulo exclamat: O infelict me,
quis me liberabit à corpore mortis huius? Hunc rugi-
tum atque clamorem omnes edunt, ob eam caussam, quod
sentiens peccatum, ab eo liberari summopere desyde-
rent. Atque in hoc sensu, & cognitione peccati
C H R I S T I Regnum constitutum est, ut adeo
in peccato peccatum non sit. Hoc est, quamvis pecca-
tum & agnosco & sentio, attamen Salus & Regnum
tam fortius in conscientia consistunt, ut pertedeat **D E**
V M, ut uel sic dicat: Donabo tibi noxam, quod in fi-
dees, **C H R I S T O** q; unice dilecto filio meo cō-
fidis, qui pro te traditus est. Nec enim peccata noce-
bunt tibi.

Ceteri, qui peccata sua non sentiunt, uerum operibus
intenti, deque uitij suis nihil queruntur, mundos sese re-
putantes: illi Satanae dediti, non in Christi regnum asciti
sunt: peccatum enim laboris & aerumnæ expers esse non
potest. Atq; ut clarius loquar, da sodes, quenquam San-
ctorum, quem non diuexet Mors? Sed ne unum, noui equi-
dem, repereris, quin pallescat & contremat ab horrendo
mortis conspectu. Conscientia uero hoc loci solamen
recipit ex. 118. psalmo: Castigat me quidem, tentariq;
nit,

M. LVTH. SVPER BENE-

nit, at morti non tradidit me: impugnat sanè, sed non præualet. Hoc pacto Christianus peccatis inuolitus, infra peccata & supra peccata constitutus est: ac tandem tamè eum uictorem esse neceſſe est. Eadem & ratione cum Sa-tana cum degere oportet, cum quo totam illi uitam lucan-dum, & ad ultimum uincendum. Sic & in mundo illi labores tollerandi sunt, ut uictor tamen postremo euadat. Quamuis enim Salutis regnum sit, quod neq; sopore, nec quiete occupetur, sed quicquid in inferis est, Mortem, Dia-bolum, peccatum, & nihil non aduersi infortiunie perse-rat, adhuc tamen animo inuicto dicit: Hic persistam. Sed hec ideo permittit DEVS, ut fides seſe exhibere, locumq; sibi relictum habere queat.

Porrò id ipsum conscientiae uolupte est, solamēnque & gaudia præbet, nimis um illi Regnum esse, ut canat etiam: Benedictus Adonai dominus, qui iuſitauit & redemit nos & suscitauit Regnum in domo Dauid. Hoc est, quod nos per uerbum suum iuifat: nos à peccatis liberet: nosq; do-minari Morti & Satane facit constantissime. Sic utrumq; habetis, Regnum in domo Dauidis, &, Christianum tum defunctum esse uita, tū super a adhuc uesci aura, sub q; medijs peccatis tum innocentem esse, at etiamsi Satane obnoxium, adhuc tamen Satane dominum esse. Nam utrumq; uerum est, eo quod Peccatum, Mors, Auerna car-nem impetant, sed non uincat, quandoquidem Regnū hoc Salutis ea omnia in triumphum ducat.

Quare

Quare magna quadam uel superbia, uel confidentia
 Cornu uocat, hoc est, bellicosum, argumentosumq; Re-
 gnum. Cui nec ulla quies aut induciae, quo à multis & ro-
 bustis impeditum hostibus, perpetuo defensioni sui uigilā-
 ter incumbat, & egregie hostilem manū arceat. In hunc
 modum Christianus hoc ipsum apprehendens Cornu, Peccatum,
 Mortem & Satanam humi prosternit. Neq; no-
 strarū est uirium Cornu illud, nec ipsi conduores eius. De
 us enim condidit, & erexit idem per Verbi sui ministerium,
 quo & seruamur. Proinde sic Zacharias canit, ut non
 filium suum, sed Christum respiciat Carmen. Imo Regnū
 hoc ipsum solis Iudeis celebrat, gloriosumq; forē prædi-
 cat, neq; ullam Gentium mentionem facit, qua uia scilicet
 illæ cōperuentur & item essent, quemadmodum præter a-
 lios Simeon in Ode sua, cui nunc dimittis, exordium, uati-
 cinatus est, quo modo Gentes nos in Regnum illud ascen-
 sumus. Hic uero erectum Iudeis Regnum, & Regnum
 Salutis, & beatificationis, idq; in domo David serui sui
 præcinit.

Sicut olim loquutus est per os sanctorum suorum Prophetarum.

Ideo, ut promissionem suam confirmaret, qua prædixe-
 rat, se olim ereturum esse Regnum &c. Atq; hodie tem-
 pus adest, quo promissionem suam explere uult. Sic Cor-
 nu Salutis, Christi Regnum, ad uetus Testamentum retrahit,
 ut inde testes producat tam forti præpotentiq; Regno
 quod à nullo neq; superari neq; uinci potest. Siquidem
 Prophetæ.

M. LVTH. SVPER BENE-

Prophetæ à temporibus Dauidis omnes eò rapti sunt, ut stirpem Dauidis, Regnum in terris fore uaticinarentur, cæterum spirituale Regnum, præ omnibus uero Esaias et & Hieremias tale futurum esse Regnum prædicarunt, quorū administratio in spiritu & uerbo cōfisteret, hos et præcipue hic Zacharias respicit. Alij, ut Osee, Micheas & cæteri, idem quidem Regnum, sed non tam constanter predican.

Vt eriperet nos ab inimicis nostris, & è manu omnium osorum nostrorum.

Hacdenus Euangelista summatum recensuit, Quid sit Regnum illud Christi, de quo per Vates præcentum est. Ideo nunc porro illud enumerat. Sigillatum uero in quo illius consistat Regnum. Primum in hoc, quod nos ab inimica manu, adeoq; ab omnibus osoribus nostris eripit. Videlis hic & agnoscitis charissimi, uersum hunc testari palamq; aperte confiteri: Nos qui populus eius & Regnum sumus inter hostes uersari, nec aliud nobis expectandum, quam quod nobis infesti sint. Quod huius Regni uis, indeoles & natura in hoc constituta sit, ut eripiat nos è manu omnium, qui odio persequuntur nos, ut Prophetæ Psal. 110. inquit: Emittet Dominus uirgam uirtutis sue ex Zion, ut domineris inter inimicos tuos. Et Psal. 45. Sagittæ tue acutæ inter medios hostes regis. Id Christo in delicijs est, ut Regnum suum in medio certaminis, adeoq; in medio osorum suorum constitutum sit.

Hæc propter nostri consolationem scripta sunt, ut sic in

instructi simus, qui sub huius Regni duce stipendia facere
meditamur, ne aliud in annum inducamus, quā hic præ-
scriptū nobis est. Ne queramus, ut hic mundi fauorem cō-
ciliemus nobis, nec ut mundo inferuamus, & quēuis no-
bis non aduersantem retineamus. Sic enim propheticus
loquitur sermo. Ex inimicis eripere, Regni illius ingenii
um esse. Quod si eripiatur & extirpatur e manibus eorum
qui nos oderunt, pacis profecto Regnum esse non potest,
sed eiusmodi, quod omnium odio & simultati expositum
sit. Vt hodie cernitis, Christo gratia, quam Vatiniano
odio uel nostri hostes, que parum emicuit, lucem, insecter-
tur. Nemo usquam Gentium perinde exosu habetur, ut
Christianus. Iam Papa, deinde uesani suis cum Pseudis
postolis, Episcopi, mox in rabiem acli Principes, præte-
rea Sancti, Eruditii, Sapientes, omnes una acerbissime ode-
runt hodie Christianos. Nec satis fit illis, quod iugulen-
tur & occiduntur, sed ut ita extinguantur & funditus de-
leantur, ut ne memoria eorum, ut ipsi cogitant, mortali-
bus relinquatur.

Aiq; hæc est natura, hæc sunt Christianorum insi-
gnia, & aulicus uel curialis (ut Germanice dicitur) co-
lor: ut quando per suos nos insectetur Satanás, cogitet
nos raditus extirpare. Sic namq; & uersus ille sonat: Es
se Christum regem nostrum, qui nos eripiatur & liberet ab
hostili manu. Quod & eximie prestat, & potentiam suam
in medio mundo, in medio carnis & Satane exhibet, du-
nusquam Christiano pax & securitas relicta sint, præter
quam

M. LVTH. SVPER BENE-

quam in solo Christo suo. Brevis quidem uersus est, qui cito auolat, subito pronunciatur, nempe quod nos ab oso-ribus redimat. Atqui hoc iuxta obseruandum uenit, non unū, sed multos esse, qui superirruant in Christianos. Sed ideo non perditum iri, quandoquidem habeamus, qui fortior sit & mundo & principe eius, ut iohannes ait. Nam cum promittat nobis nouit, unde sibi sumat uires: sentimus quidem insultum, at ipse non deseret nos in interitu, modo expectaremus cum.

Vt misericordia exhiberet patribus nostris, & recordaretur testamenti sui sancti.
Hoc est Iuramenti, quod iurauit Abrahamo patrinostro, ut daret nobis.

Nedum ex omni malo tum corporis tum polissimum animi eripere eum uult, uerū & ab inimicis nostris, Sata- na & hominibus: & quemadmodū omnibus simul malis Christianum obruium oportet: sic rursum ab omnibus in uniuersum malis ereptum eundem oportet. Atq; hanc gratiam, benedictionem & facultatem ostenditeis, patri- bus esse promissam. Talis & Apostolis mos est, ut nunquam non ad uetus Testamentū recurrent, id quod & su prā recitabam, quod Deus per os Prophetarum loquutus est & promisit &c. ita & hic Zacharias facit.

Dicat nunc quispiam: Vita tamen illi defuncti sunt, qui ergo Misericordiam illis exhibuirus est? Quid item opus est referre, quod misericordia patribus exhibuerit, ut in Prophetis nunciatum sit? Id uero ideo contingit,

DICTVS COMMENTARII.

85

ut ueritas DEI commonstretur, ac nobis iuxta compro-
betur, ne nesciamus, nostris ea non deberi meritis. In Ge-
neseos .12. 15. 22 capitibus accepistis. Quomodo Ab-
raham promiserit DEVS, in semine eius omnes gentes
benedicendas esse. Hoc est, per Christum proditurum es-
se uerbi ministerium, quod pacem, gratiam & benedi-
ctionem cunctis afferret gentibus. Que promissio sic
in longos differebatur annos, ut appareret, cassam, nul-
lam & abolitam promissionem. Adeo se se stultum in su-
is rebus commonstrat D E V S, quasi omnia retrogre-
di uelint. Attamen utcunque comprehendinatum & ui-
sum sit, impletum tamen est, & quidquid Abraham addi-
ctum erat, exhibitum est, nec ex inimicis eius eripuit eū
tantum, sed & nihil non boni p̄estit, se & que ipsum illi
impertijt D E V S omniaque sua. Ethoc totum ideo
quod (ut hic Zicharias confirmat) haec misericordia et
bonitas antea promissa, iure que iurando addicta illis, qui
iam diu obierant dicem, quoniam nos non dum eramus. Mi-
sericors ergo & propius est, non ex nostris meritis, ita
quod hoc nostrae deberet iustitiae, ceterum ex una gratia,
fauore & misericordia.

Horribilia sunt haec tonitrua, aduersus merita & ope-
ra nostra, ut ne gloriari possemus, q. ipsi nos eripuerimus
& peccatis: aut q. bonitatem eius, adeoq; Euangelij predi-
cationem meruerimus. Nequaquam. Nulli hic iactantie
locus est. Verum hic textus ait, te Domine, promisisti, te
facturum ante aliquot chiliades annorum, priusquam ego na-

I scerer.

M. LVTH. SVPER BENE-

sceret. Nātū quis eū illa petijt, ut mihi largiretur, quom
decreuerat apud sese, daturum? Atq; super hanc promis-
sionem audent & firmant se Prophetæ: namq; illic uere bo-
nitas deprehendiur, ut cuiq; os obturetur, ut cui glorian-
di fuerit animus, is in domino glorietur. Quod enim tu
in meo regno agis, bonitate & gratia mea frueris, non ti-
bi, sed mihi imputandum est. Ego promisi, mecumq; decre-
ui, ut promissis satisfieret, uel te nescio. Atq; hic omnium
ori pessulum obditur, ut ita dicam.

Sic & hodie: Nemo nostrum, quibus, Deo gratia, Eu-
angelion illuxit, gloriari potest, quod nostra opera, labo-
re, conatu, aut saltem bona conuersatione asequuti illud-
simus. Nam quæ optima opera, quaq; excellentissima stu-
dia putabantur, omnia retroacta & prostrata sunt: quod
genus erat: Missare, istius uel illius sectæ se dedere hypo-
cristi, quem ordinem uocabant, libri item Academiarum.
Ibi ibi uero inquisiuimus. At qui lux tibi diuersū nunciat,
ac longe alia docet, quā quæ iam recitata sunt. Quis unq;
iactare potest, ē suis se adsequituuiribus. Imò Euangeliū
hæc omnia damnat & reiicit: qui ergo per id quod repro-
batum est, ad Euangelium perueneros?

Quocirca id persistit tandem: Omnia nostra ex mera gra-
tia & bonitate esse, ita q; cum honore & laude eius fatea-
musr, nos diuersū longè meruisse, inferos & gehennā, pu-
ta, q; si præter hæc quidq; impertit nobis, gratiæ eius et bo-
nitatis est donū. Hoc scilicet est, q; ait: Antea per Prophæ-
tas prænuntiatū fuisse ac patribus tū, pmissum, tū iurciu-
rando

rando addictū, q̄ pactū Abrahæ donare nobis uelit. Gen.
21. Per memetipsū iurauit, inquit, n̄ si benedicā te. Et, in se-
mine tuo &c. Quæ uerba Prophetæ sic reuinuerūt, & ob-
seruarūt, traxlarunt, ijsq; semper fisi sunt, quod hic p̄san-
cte deierat, ut omnino nos certos faceret, benedictionē su-
am super nos effusurū se. Porrò nunc tempus adest, hora
aduenit eius, q̄ iurauit uenturam nobis salutē. Hoc est, ius
iurandū, qd' daturus erat nobis: & gratis in oēis generati
effusurus atq; donaturus. Sic enim uerba sonāt: Ite in uni-
uersum orbem, & prædicate Euangelion omni creaturæ.

Homines profecto non meriti sunt, ne Abraham qui-
dem, nam nec ipse consors factus est promissionis, quom
diu ante impletionem concesserit fatis. In spiritu sanè
& fide particeps erat promissionis: sed quod tam diu
apud superos permanescit, donec Euangelion uniuerso
terrarum orbi inclareceret, id uero non contigit.

Promissio ergo illi facta est, quanquam impletionem nō
expectarit, ut dixi, in hac terra. Hoc est: Vita eius
non est prorogata usque ad Euangeliū in toto terrarum
orbe adnunciationem, tametsi pro se in fide adsequi-
tus sit Euangelion. Quare dicinon potest, quod meri-
tis eius debeatur ea promissio, alioqui tam diu eum super-
esse in uiuis oportuisset, pretiumque debitum illi exol-
uendum erat. Iam uero & post cineres eius apparuit
promissionis exhibitio, ut quemlibet fateri necessarium
esset, Abrahāi meritis non esse factam promissionem
illam. Rursus, dici etiam non potest: Quod gentes, qui

M. LVTH. SVPER BENE-

bac benedictione gaudent, suis illā meritis assequunt̄ sint,
quæ tum non erāt. Illis promittit, nec tamen exhibet. His
exhibit, quib⁹ tamen promissio nulla erat, qui omnes tū
temporis nusquam erant.

Adeo semper suum sibi honorem retinere uult, & es-
se, qui est, DEVS, quanquam p̄e in quo mundo cōrem
perducere non posſit. Verberat, arguit, increpat, iniui-
tat, iritat, allicit, quidquid faciendum est, peragit: at illi ho-
norem sufferunt, sibi ipsi tribuunt, hoc est, nolunt agno-
scere, quod quidquid possident aut habent, id eis ex sola
gratia obuenire. Quando ergo gloriamur de eiusmodi bo-
nis, Deus sumus, & ipse seruulus noster: & quando oīa
illi adimimus, nos dominos agimus, ipse seruulum. Sic ille
de decoro obruitur, nō honore afficiuntur. At quamvis nos
cum honore eius nondinamur, promisit tamen in Scriptu-
ris se solū conseruaturum sibi honorem & gloriam, ut sic
omnia ex sola gratia elargiatur. Hæc qui crediderit, etiam
recipit eadem. Qui non crediderit, etiam suam postremo
mercedem deferet,

Vt ē manu inimicorum nostrorum liberati,
intrepide seruiremus illi omnes dies uite no-
stre. In sanctitate & iustitia, que coram ipso
iustitia est.

Regni huius & naturam & proprietatem definiuit.
Hoc est, foedus cum Abraham ictum, nēpe in semine tuo
benedicentur omnes gentes &c. Quæ benedictionis uer-
bā sic, inquit, interpretabor uobis: Vt ē manu inimicorum
nostrorum

nostrorū crepti, intrepide totam uitam nostrā seruiamus illi, in sanctitate & iustitia cor am ipso pollutibus. Quae mundo & carni nostrae non bene olent. Nam sic mundus hic murmurat: Atqui putaram ego pretiosi quidquā datu rū illum nobis, ut nummatum bene marsupiū, uxorem di uitē, formosam prolem, præclaras ædes, & si quid aliud mundo cordi fuerit. Et nunc diuersum animaduertens, accipio: Nos illi intrepidos inseruire debere in sanctitudine & iustitia illi complacentibus. Proinde ut spiritualeis huc oculos & aureis aduertamus, non ab re fuerit, ut uerba rectius introspiciamus capiamusq.

Quod ait, se liberaturum nos ab omnibus inimicis nostris, rursus sic intelligendū, q. regnum inter medios homines collocatū sit, nec ideo tamen destruere regnū, sed perpetuò inimicos & quos suis aduersarios eius uinci. Et quod hæc liberatio ab inimicis nostris eō deseruiat, ut ei perpetuò obsequiamur absq; ullo timore. Atque Christiana hæc res est, & amabile regnum, quod Christianus expersit: moris uiam trāsigere debeat: Examum profecto uerbum est, peccatorem absq; omni sollicitudine & timore uiue re. Talia uero ideo donauit nobis, ut ei soli porrò inseruiamus. Hic enim mundo & Magistratui quidam non inseruent. Verbum, intrepidi, aut sine timore, includit in se nos tum præsentis tum futuri seculorum, honorum se curos eſſe. Nam Christianus utiq; securus & certus est, de peccatorum suorū condonatione, tametsi adhuc illa ſe tiat, ut paulo antè diximus. Certus est enim, Morti in ſe ni

M. LUTHERUS SUPER BENE-

hiliuris esse: Satanā in se non uincere: nec mundū quidquā
in se posse. Eiusmodi cor totius periculi & incommodi ex-
pers est, et absq; ijs planè liberum. Nec ita intelligas, q;
peccatū omnino non persentiscat: cæterū, q; crucietur im-
pensē, ubi peccata torserint, ubi mortis imago corā terre
fecerit, ubi à mundo dedecore & ignominia grauati, nudi
perstiterimus: neq; quēquam in his terris, quō nos uertu-
mus, præterquā solum Deum habuerimus. Sentitur qui-
dem. Sed nihil efficitur, nihilq; uincit. Nam &q; in Deo tu-
tum & securum cor permanet.

Sic & paupertas sentitur, quando fame premeris, nec
est quo uenire sustinet es, quoq; uxorem & liberos educes,
nec usquā tibi certus habitandi & permanendi locus est.
Atqui hæc nihil obstant. Cuncta illi suppeteret oportet, eū
q; inrepide seruire. Vi hic, sonat cantio. At uero in hoc si-
tū est, q; Christiani non sumus, et ex affectu & sensu no-
stro iudicamus, prout nos mundus uituperarit, et fama
leserit: nū enim de nobis actū putamus. Christianus aut̄ hic
cum oculis tum auribus obstructis, cū diuo Paulo ad Gal-
os. sic inquit: O caro, mors, peccatum, uos mihi uita defun-
cti estis. Et ego rursum uobis ideo mortem oppetij, ut ni-
hil porrò uiuat præter me & Deum. Mundus mihi cruci
fixus est, & ego mundo. Hoc est: Mundus nullā supra me
curā gerit: & prædicatio & uita mea illi risus & ludibri
um est. Verū ut tu mihi metiris, sic tibi rursum metior. Si
tu me spreueris, & ego te spernam: si nihil de me senscris
& ego de te parū sentio. Quid est curæ Hippoclidi, si

me

me mundus odio infestet, ubi ei qui in supernis habitat nō
displicuero? quod si etiam assiduo perduret odii, & pcc-
atum seuiat, & mundus pleraq; lallet & effutiat, quid
tum postea, incubat istis suis studijs, donec defatigetur,
ego perinde ac non audiam, præteribo mala ista.

Id mundo renunciare demum est & intermori, absq;
timore agere: nulla aliquare occupari, nisi quā uoluerit de
us: mihi planè loqui, nisi quod illi bene placuerit, & qd'e-
ius esse uerbū sciero: ut ita uiuā, & hæc opera perficiam,
quæ certo sciam eius esse opera, ut in uniuersa uita mea,
quidquid uel interne uel externe uixero, certus existam,
ad eum attinere, eiusq; solius esse. Sic à mundo quidem se-
gregatus sum, & in mundo tamen uitæ cursum teneo. Ne
mo minus in mundo est, quā syncerus Christianus: & ne
mo rursum in mundo plus uersatur & agit, quā integer
Christianus. id est: mundus fortius in eum defigit oculos,
& Satanus eum sèpius & uehementius impedit, quā igna-
rum Christi, siue gratiæ siue fidei. Christo & Paulo hic
dies dicitur, cū his certamen & conflictus sit. Laceratur,
mordentur, adeoq; totus cum utroq; terrarum orbis cau-
fas agit. Rursus in mundo non est uere Christianus, quan-
tuus crudeliter in eū de seuiat & contabescat: perpetuò
enim dicit: Domine tuus ego sum, tu bene ages mecum: tu
belle inuenies eos tandem, mihi pro tuo arbitrio succedat
res, modo non aduerseris mihi.

Omnies dies uitæ nostræ, Toto uitæ nostræ curri-
culo, id est, in sempiternum, ut nūquam ceſſet.

M. LVTH. SVPER BENE-

In sanctitate & iustitia corā ipso pollentibus.

Hic bifariā diuus Lucas iustitiam & sanctitudinem separat. Alteram est inuenire, quæ coram ipso ualeat. Altera nullius est precij, quo clare expressum est, DE I tūm iustitiam, tum sanctitudinem coram mundo in nullo pre-
cio esse: quemadmodum nihil solet facere mundus deum,
& rursum parui estimare mundum DEVS. Nam quod
iustum Deus dixerit, iniustum appellat mundus: & qd'
is rectum uocarit, incuruum DEVS nominat; perpetuoq;
sic duo inter se se herōes pugnant. Quod sanctum De-
usuocarit, id diabolicum & iniustum esse oportet. Quare
consolatur nos hic, duplē oportere iustitiam & san-
ctitatem esse prædicans. Alteram, quam obseruare debe-
mus sedulo. Alteram, quam auersari.

Hactenus summa omnium, que excogitari potuit, san-
ctitudo & iustitia fuit, in Coenobia incurrere, monasticū
habitum induere, rasuram adornare, cingere se laqueo,
reliunijs & precibus incumbere, cilicium ferre, in laneis
uestibus cubare, austерum uiuendi modum seruare. Ac in
summa: Monasticam sanctitudinem, & religionem susci-
pere, ut ita incedentes bonorum operum fulco, ipsi secus
nesciuimus, quā quōd à uertice ad usque caput sancti fu-
erimus: ad sola opera & corpus, non ad cor intenti, ubi
odio, timore & incredulitate referti sumus: mala consci-
entia turbati: neque quidquam de DE Osciuiimus. Tum
sanè mundus passim proclamauit: O sanctum uirum il-
lum. O sanctam & pudicam mulierem, qui se muris cō-
cluserunt

cluserunt, noctu & interdiu genubus, prouoluti multa
(que uocant) Rosaria mussitarunt. O quanta illic sancti-
tas, ubi uel Deus ipse commoratur, ubi & spiritus Para-
cletus essentia suar e sidet. Hæc iactat mundus, & magni-
ficat. At ut præter hæc obseruent, quam nullo cordis se-
rio orent, neminem doceant nec erudiant, nemini quic-
quam erogent, sed ad se se modo pauperum tum sanguinem,
tum sudorem rapiant, & syncera uere opera omit-
tant, ibi uero parum pro rorsus turbatur mundus. Porro
hanc iustitiam & sanctitatem expedit mundus, que tamē
sætet & tota impura est coram Deo, quam & incogni-
tam nobis uult esse Deus, ipse uero aliam admittere iusti-
tiam recusat.

Tum altera hic iustitia prodit, que coram ipso ualeat,
quam & nos intueri neceſſe est, que talis est: Quod san-
ctitas nostra non in glauca ueste, non in pullo aut albo cu-
culo, cæterum in pura conscientia consistat. Nempe,
quom certus fuero, quod Christus beatitudo mea sit,
quodq; opera mea ad hoc nihil præstare possint. Verum
quod ipse cuncta, que Deus respicit, pficiat. Tum omnia
mihi immunda sunt, egoq; solus mundus permaneo. Tum
facile decernitur, quod non porrò dicam: glauca uestis
sancta est, rubea uestis prophana est, quādoquidem com-
pertum habeam non in glauca aut quacunq; ueste, sed in
uno Christo omnia sita esse. Èo enim nemo rem perducere
potest, ut glauca uestis illi cor à fôrdibus abluit, aut quod
Cœnobium cor illius purificet: solus enim Dcūs fide &

M. LVTH. SVPER BENE-

Spiritus sancto cor ut purificet opus est. Act. 15. Vbi cor
iā purū fuerit. Domus ei ut ager, & ager ut domus & que
uidetur, & forū & que illuialet qd' Coenobiū, & econtra.
Nec porrō mihi opus, locus aut uestimentū superest ullū,
qd' in pphanorū mibi numerū ueniat. Nam oīa mibi idē
ualeat, postquā sanctitas prorsum in cor introrsum abist.
Quod mibi etiā dicat Deus: Tu pius es, ego tibi pater, tu
mibi filius. In hoc etiā p̄sistere debemus, q; nos sancti si-
mus, et sine timore obsequamur & seruiamus illi. Atq;
hoc est illi commendare, & exponere benedictionem Ab-
rahe, quod mundū benedicere Deus uelit, deq; maledic-
tione in benedictionem transferre. Hic Christiani titulus
& insignia conficiuntur, & hic eius color & indicium
est. Nimirū quod sanctus, absq; timore Dei minister sit.

At quis peccatorum, hunc sibi titulum uendicare au-
det? Vbi ego Dei fuero, tum ipse mibi donat, quod eius
seruum agam, quodq; sanctitate & pietate coram ipso
eximius sim, nec rerum penuria cruciet. Prodeat autem,
qui audeat confirmare se pium, iustum, sanctum, Deiq;
seruum esse, nullisq; uel animi uel corporis destitutum
bonis. Agitedum, prodeat quisquam & iactet se iam
qui de ijs ipsis gloriari non potest, Christianus non est:
Nam hec uera oportet esse. Quid uero obstat, quo minus
quisquam, hunc sibi usurpet titulum? Timidula conscienc-
ia, peccatum enim perpetuo sentimus, & uita nunquam
non imbecillus est. Nihil ego video, pr̄eterquam honestam
uitam, quamquam & hanc à nobis poscat, sed cum hac nō
uult

uult esse contentus, sed sublimius adhuc quippiam adesse
peropus est, ut ego dicere audeam: Domine Deus totius
uniuersi conditor, apud te certus sum me sanctum, tu⁹ q̄
ministrum esse, non propter me, qui peccata adhuc in me
persentisco, sed per Christum, qui condonauit mihi no-
xiā, quiq; pro me satisfecit. Hæc profecto iactare de-
beo, modo Christianus sim.

Atqui in hoc sita est contentio. Peccatum non admit-
tit, formidolosa & pusillanimis conscientia obstat. Quo
modo seruus eius sum, quom tamen in me presentiam,
Diabolo me inservire, nec quod ego sanctus sim agno-
scam? Nō hic de uulgaribus Christianis, quales ego meiq;
similes sumus, uerba facio: ceterū de synceris, quibus bo-
na conscientia est, & in quorum cordibus diuinus spiri-
tus residet, quibus etiam si pusillanimis & infirma consci-
entiā sit & peccata sua persentificantur, dicere tamen co-
guntur. Vicunq; peccatum se habeat, nullius tamen pec-
cati conscius sum, nec mortu nec inferis obnoxius, &
propter hæc luctentur etiam, & uictores tandem euadant,
ut ideo etiā morerentur, ea confidentia, quod etiam
si denuo repugnarent, adhuc tamen & sancti & Christi
serui perseverent. Quid ergo faciendum? Nam longe se-
cus reperio, si uitam meam in conspectum statuam.

Hic uita & uerbum longo interuallo separanda sunt.
Quod si uitam intueri cupias, proponam item tibi D. Pe-
tri, Pauli, uel Ioannis uitas, adhuc tamen ignominia gra-
uaberis. Vbi coram Deo sanctus esse optaris, ne uitæ in-
nitaris

M. LVTH. SVPER BENE-

nitaris tuae, nisi interire in eternum uelis. Nam solum do-
num, sola misericordia & gratia in te est, neq; quicquā
uita, uel opera in te sunt: si in te fuerint, auctum est de te.
Quare in eo statu cor nostrum esse oportet. Domine, si
mutuam inter nos rationē redderemus, ego nullo pacto,
uel uita uel operibus persistere in conspectu tuo possem,
etiam si uelipse Ioannes Baptista forem. Nam haec omnia
necdum dona, munera, aut miserationes sunt, sed uita.
Ideo uero me pium, seruum tuum gloriior, quod mihi absq;
intermissione tribuas, & ut Abrahae promisisti, quod &
mibi, propter Christum tuum, misericordiam tuam exhibere
digneris: quod si ego ex me ipso pius & iustus non
sim, ipse tamen pro me pius & iustus est: si ego propheta-
nus sim, ipse sanctus est: si ego seruus Dei non sim, ipse
seruus Dei est: quod si absq; timore & sollicitudine non
sim, ipse tamen omnis timoris & sollicitudinis expers est.
Ut ita me ipsum ex me in eum transferam & penetrem,
& gloriier, me in Christo & per Christum bonum esse.
Ita uult etiam, quod nos pios & sanctos esse gloriemur,
sed non nostro merito. Namq; de nobis gloriabimur, tan-
quam de desperatissimis nebulonibus.

Atq; ut haec plana sint, uitam nostram animaduertite,
bonam conuersationem & mores nostros perpendite.
Trutinate quam stulte passum Euangilio homines incum-
bunt, ut fere dubius sim, num amplius concionari debe-
am, an secus. Iamdudum sanè à uerbi ministerio destitui-
sem, nisi haec itidem obuenisse non ignorarem. Quam
primum

primum enim hæc pro concione docentur : Non in nostris operibus aut uita consistere salutem, sed in Dei donis, nemo non bonum facere deirestat, nemo honestam uitam ducere, aut morem uult porrò gerere, calumniantur passim bona inhiberi opera . Sed hæc dimittenda sunt in uiam suam . Euāgelion tamen eundē sermonē adfert, uulgo , qui capit capiat . Exigit à nobis Deus, ut honestam uitam foris transfigamus, & qui non transfeget, suam egregie mulclam reperiet tandem . Iam si contingat foris pie & honeste uiuere, mox suam affingit nequitā Satan.

Neq; hodie, quomodo me huic rei attemperem satis certus sum, non mē personē, sed uitæ caussa . Nam si de honesta infrenataq; uita prædicetur, statim irruit sine iudicio mundus scalas in cælum edificaturus . Quod ferre non potest nec uult ullo modo Deus . Turpis uita & ignominiosa non decet Christianos , nec delicata uita decet . Quid ergo agendum tum nobis? Qui ad honestam modo speciosamq; uitam respiciunt, illis præstaret, fornicatores & fornicatrices esse, & omnino in cœno uolutari . Nec tamen Deus uult, quod turpiter inhonesteq; transfigamus exūm . Neq; enim id perferre potest, gehennæ etiā te ideo adiudicans . Si speciose honestam uitam duxeris, in ea hærere uis tibi q; arrogare, quod iterum perferre non uult . Prudendum igitur tibi est, ut in media semita permaneas, neq; ad dextram, nec ad sinistram defleſtendo, & tranquillam, pulchram, amabilemq; in oculis mundi uitam ducas, neq; ideo magni eam facias, neq; se-

M. LVTH. SVPER BENE-

cus reputes, quām si dormiam aut uigilem . Et quemadmodum cēlorum regnum non mereri me, ideo adfirmo: sic & omnem honestam disciplineq; gnaram uitam, libere eō directam & gestam oportet, uti ne quisquam dicat, ex hoc uel illo opusculo seruabor.

Quid contingit autem? Vbi hoc modo prēdicatū fuerit, nemo rem aggreditur, sī minus, Brutalis & incivilis inde res oritur, & crudi inciuiresq; homines fiunt . Quae res tam coram Deo, quām coram mundo nihil ualeat . Ita suos Deus administrat . Doctrina clara est, quae nihil obsecutatis in sece continent, quam adeo mirifice gubernat & fert, ut sit clam nobis , quis Christianus sit , aut non Christianus . Et summa summarum, iudicia ciuius secreta & occulta latent, quibus ad stultitiam nos redigit , ut ad ultimum tamen totam illi demādemus caussam . Per lubenter equidem eiusmodi discipulos haberem , qui recte intelligerent, quid Christiana uita sit , nusquam enim eiusdem sententiae reperiuntur . Nam altera pars aut nimium friget, aut nimium sancta est : At qui capere potest, capiat, nihil amplius possumus, quām quod auribus offerimus uerbum, quod per sp̄iritum sanctum in corda ferre necessarium est : Hac ratione Christianus absq; timore Dei minister persistit, non per bona sua opera, sanctamq; uitam, sed per Christi gratiam . Qui uero ex operibus suis se nominat sanctum, is in Deum blasphemus est, Deū suo honore spoliat, Christūq; abnegat, cui melius foret, quod decies homicida, aut adulter esset , quām quod sece Christianum

stianum adpellet, adde & pium, sanctum: Nam Christū
planè uitio dat. Ac pīnde ualeat, quod Christus nullus est,
idco enim Christus uocatur, quod ipse gratia mea, item
misericordia, redemptio, sanctitasq; mea su. Quod si di-
uinæ misericordiæ nō tribuerem, quod ipse me Deus ser-
uat, hoc quid altud foret, quam quod dicarem, ipsum neq;
sanctū, nec beatum esse? Quapropter ubi Christianus fue-
ro, cōfitendū est mihi, sanctū me et Christianū esse, ob ea
caussam, q; ipse Christus sanctus est, & ita in eo nomine
mori. Et quamuis me conscientia mea peccati arguat, in
hoc mihi tamen latere permanendū est, eius sanctitatem
peccatis meis maiorem esse. In hunc modum foris honeste
me uiuere oportet, intus tamen in eo solo niti & fidere.

Et tu puelle propheta altissimi uocaberis, prēibis ante Dominum, ut
prepares uiam illi.

Id officium tuum erit: Tu primus eris, & primū auſpi-
caberis: Nimirum altissimi propheta fies: Qualis autem
illa prophetia erit, qui id fieri? Hoc pacto. Tu Domini præ-
cursor eris, & uias eius præparabis. Ita fiet, Tam omni-
bus alijs Prophetis uicinior es, ut etiam præcedas eos
ante Dominum. Quid est ante Dominum? id sanè, Do-
minus aduenit, quom enim seruus preit, certum est se-
quuturum Dominum. Hec dūo Ioanni Baptista glo-
ria est, quod Domini præcursor sit. Dominus præsto
est, ipse ueniet, tu modo προδρόμος existis, &
nuncius. Quando Principum quisquam aduenit,

unus

M. LUTHER. SVPER BENE-

unus & alter præcedunt illi , qui uiam & locum illi pa-
rent & dicant: Cedit, Agitedum ex via: Itidem tu agens,
præcurris, & populum acclamas : Discedit, ab itinere
deflectite, locum date, Dominus ipse uenit . Huiusmodi
seruus est Ioannes , quem Dominus cuestigio sequitur.
Talia nullus unquam Prophetæ locutus est , sed hæc qui-
dem uaticinati sunt uenturum olim Prophetam , qui re-
gnum erigat, in sempiternum duraturum &c. At omnes
obierunt diem, neq; unus ex illis remansit, qui uita comite
id expectarit. Hic uero eo planè tempore uiuit, quo Do-
minus ipse aduētus & cuestigio sequitur illum. Exorsum
enim Euangelium erat, baptisma item coeparat, per Io-
annis aduentum & ministerium, quo desistente Christus
ordiebatur, uterq; eodem ferè anno.

Iam quod erit eius officium? id profecto , ut uiam Do-
mino præparet. Que præparatio aliud nihil est , quam
populum ad Dominum perducere Saluatorem. Christus
gratiæ, donum, rex, & cornu salutis nostræ est. Hunc do-
minus & regem nemo suscipit, ni antea humiliatus sit,
ut de se ipse nihil sentiat . Nam illa duo alioqui non con-
ueniunt, nec in eodem consistere loco possunt . Gratiam
Dei & donum largiri, & mereri.

Quare dum mundus in ea opinione est, quòd cū Deo
negociari uelit , & aliquid ab eo studijs suis mereri &
lucrari, adigitur Ioannes negare , & in hac uerba pro-
rumpere: Desistite ab omnibus meritis uestris. Hæc enim
Dei iustitia non est, neq; cuius nec opera Dei , sed enim
alii

alia sanctitas, & alia religio hinc emergit. Itaq; in hac parte nihil aliud mortales docet, quam peccatores eos & nihil prorsum esse. Qui nunc sese agnoscit, & se coram Deo peccatorem sentit, adeoq; nihil esse, is uocem iohannis persensit, scilicet, parate uiam Domino. Cedit huic locum. Adegit, qui me sequitur, qui maior me est, illum audietis, illi obtemperabitis.

Alterum iohannis officium quod consequitur, est. Quod ad tales nos cognitionem perducit, & dígito agnum illum paschalem, scelerata tollentem, ut cruci secum adfigat & aboleat, monstrat. De quo nunc pergit.

Vt cognitionem salutis tribuas populo eius, quae est in remissione peccatorum eorum.

Hoc est, tu officium & ministerium uerbi aufficabaris, quo docetur & discitur, quomodo seruetur quisquam. Que salus aut beatitudo in eo sita est, non quomodo immensis dinitijs, gloria & potestate in terris clari simus, ut Iudei hactenus intellexerunt: cæterum ut peccatorum remissionem consequamur, & gratiae Dei consortes sumus. Vbi autem peccatorum remissio est, nullum ibi meritum, nulla merces aut satisfactio est, alioqui peccatorum condonatio dici non posset. Vt ita cognitio hec sit intelligere, quomodo nobis Deus absq; operibus & meritis peccatum condonet, nosq; seruet, ex merita sua gratia & misericordia, ut sequitur.

Per uiscera misericordiae Dei nostri, quibus uisitauit nos oriens ex alto.

M. LVTH. SVPER BENE-

Igitur qui leges, opera & merita docent & obseruant, ij tum misericordiae Dei, tum cognitioni salutis reluctantur. Neq; enim ait contigisse peccatorum donationem, precibus aut opere patrum, uel ullius Diuorum, sed per abyssalem Dei misericordiam, quam Lucas, uiscera misericordie, talemq; misericordiam, quæ ex intimis præcordijs atque uisceribus oriatur, adpellat.

Attamen hæc condonatio noxe, quæ ex commiseratione nobis obtigit, absq; merito facta non est, quans quam absq; nostro merito cuenerit: cæterum interuenit mediator, qui eam nobis nostra uice commeruit, qui
C H R I S T V S est Dominus noster. Volebat enim Deus nihilominus pro peccatis nostris satissimum sibi, suumq; honorem & iura persolutum iri, hic nihil ipsi poteramus. **C H R I S T V S** autem solus & potuit, & pro nobis satissecit, qui ex infinita misericordia patris in hoc legatus erat, & ad nos demissus, ut id ipsum expediret. Ideo dicit, per quam insitutam & fundo carentem commiserationem uisitauit nos, oriens ex alto. Proculdubio meritum id non erat, sed sola immensa misericordia, quod **C H R I S T V S** ad nos perueniret, talemq; peccatorum remissionem nobis mereretur & impetraret ad eternam salutem. Adpellat autem eum: Orientem ab alto, quo diuinitatem eius subindicat. Estq; hæc illius sententia: In alto, id est, super omnes creatureas, ubi nihil altius, sed sola altitudo est, ibi Christus sicut in diuinitate est, & que atq; Aurora, uel Orients. Procedit

cedit enim à patre, ueluti à Sole radij (De quo in Annotationibus Euangel. & Epistol. quam Postillam uocant, latius diximus in festo Natalis C H R I S T I) quem admodū Psal. 21. in Titulo, Ceruam auroræ, eū nominat.

Vt appareat ihs qui in tenebris & umbra mortis sedent, utq; dirigat pedes nostros in viam pacis.

Pleriq; ex patribus, de uestibulo, uel antemuralibus, uelut ipsi uocarūt, lymbo inferni intellexerunt. Atqui Lucas hic, Esiae nono capiti consonat, ubi inquit Es. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam &c. Vult itaque tantum dicere. C H R I S T V S ideo uenit, ut lux mundi fieret, perq; Euangelion corda illuminaret & ad se se iuuitaret, qui in cæcitate & tenebris incredulitatis, sub Satana captiui detinebantur, ut ita pedes nostros in via pacis duceret, hoc est, ut conscientiam nostram pulchre, secure & hilariter in gratiæ res gno gubernaret, ut neque à Satana, neq; peccato, morte, inferis, nec à quouis infortunio timeremus nobis, qui ante hac pars in sordidis uitijs, pars in bonis operibus, utrinq; tamen nulla quiete aut pace frui poteramus, sed sub Satana, mortisq; timore desperare cogebamur, nec ex ploratum nobis erat, quo pacto viam illam ad pacem ducentem reperiremus, iuxta Psal. decimumtertium. Viam pacis non nouerunt &c.

Cernis itaq; , ut Zacharias pulcherrimus ac optimis
uerbis, Euangelionē regnum Christi, omnibus cum fru-
ctibus suis, coloribus, & conditionibus depingat
quam artificiosissime . Nimirum, quod sit uer-
bum & regnum gratiæ, condonatio-
nis peccatorum: regnum item pa-
cis, gaudij, securitatis, salu-
tis ac totius boni . Faxit
Deus, ut id plene co-
gnoscamus &
sentiamus,
Amen;

F I N I S.

IN CANTICVM MARIÆ

D. Erasmi Roterodami

Paraphrasis.

Merito, inquit, mihi gratularis Elizabeth, sed hoc totum diuini, gratuitique muneris est, unde nihil est quod meis arrogem meritis. Et ideo non lingua tantum, sed et ex intimis præcordijs anima mea suæ imbecillitatis sibi conscientia, dominum extollit laudibus, tanto uehementius admirans diuini beneficij magnitudinem, quanto minus agnoscit in se meritorū. Est de quo illi gratias agam, est de quo illius benignitatem prædicem, non est de quo mihi plaudam. Et tamen gaudio ineffabili gestit et exultat spiritus meus, cœlesti afflatus spiritu, non in se se, sed in Deo, qui mihi cunctisque totius salutis est autor. Etenim quum essem omnium abiectionissima, tamen ille pro sua bonitate respergit humilem ancillam suam, tantoque dignatus est munere, ut posthac iuxta tuum, et angeli sermonem, me felicissimam sint prædicaturi, non solum huius etatis Iudei, uerum etiam seculis omnibus, omnes totius orbis nationes, quibus contigerit ex me seruator. Si quidem hoc ucre felices dici possumus, quod nobis non nostra industria, non nostris meritis, sed gratuito fauore numero minus collatum sit. Tota igitur huius felicitatis laus, in illius laudem redundabit, quia gratis contulit. Prædicabor ego beata, sed illius munificentia. Quid autem de me prædictabunt posteris seculis totius mundi nationes? Nimirū, quod

IN CANTICVM MARIAE PARA-

in me humillima puella rem miram & inauditam perfec-
rit is, qui immensa uirtute sua nihil non potest. Et idcir-
co meum nomen inter felices numerabitur. Ceterum illi-
us nomen erit ubique sanctum, & adorandum, ad quod
se se flectet omne genu, cælestium, terrestrium & infero-
rum, per quod unum continget salus uniuerso mundo.
Huius enim nominis professio salutem & sanctimoniam
conferet uniuersis. Ad hoc nomen inuocatum, pellentur
morbi, torpescen tuerena, fugient Dæmones, reuulscent
mortui. Gratuitum & hoc erit, non debitum: misericor-
die erit, non meritum, quam largissime profundet, non so-
lum genti Iudaicæ, que peculiariter illum expectauit, nō
solum uni ætati, sed late propagabitur, à natione in natio-
nem, usq; ad extremos orbis fines, à sèculo in sèculum,
usq; ad ultimum huius mundi diem. Soli quidem Israëlitæ
salutem hanc expectarant à Prophetis promissam, sed
quisquis, in qua cuncta gente, relictis uitijis, timore coepit
Deum, is in Israëlitico consortio censembitur. Ad eos per-
tinget hec salus, qui sibi displices per fidem, se se submi-
serint Domino, siue Græci sint, siue Galli, siue Britanni,
siue Scyliæ. Contrà qui suis fidentes factis, se se exerent
aduersus magnitudinem Dei, repellentur ab huius bene-
ficij consortio, etiam si ex ipso Abraham, aut David fue-
rint prognati. Nō enim hoc diuinum munus cōfertur, aut
ex opum censu, aut ex generis aestimatione, aut ex operi
bus legalibus, alijs ué meritis aut presidijs humanis, sed
ex cōmendatione cordis modesti, suijs pœnitentis, atq; ex
Dei

Dei misericordia per synceram fiduciam pendetis. Deus enim uolens de iecere supercilium sapientiae potentiæ quod mun= danæ, per filium suum factum humilem, exeruit robur sui brachij, ac stultam fecit huius sæculi sapientiam: deiecit ac fregit huius mundi potentiam, declarans se etiam quum maxime sese demittit, tamen esse potentiorem totius hu= manæ potentiae fastigio, & quod in illo stultum uidetur, sapientius esse, quamlibet admirabili huius mundi sapien= tia. Cæterum qui freti sua sapientia, qui confisi suis uiri= bus, ceruices suas ex exercerunt aduersus Deum, hos mirabi= liter dissipauit suis ipsorum consilijs, quemadmodum olim promiserat per Prophetam: Comprehendam sapientes in sapientia sua. Dum enim astutia humana pugnat aduersus consilium diuinum, & suam prodiderunt stulticiam ex diuinam sapientiam imprudentes illustrarunt. Dumque præsidij huius mundi conantur opprimere institutum dei, declararunt quā nō posse hic mundus aduersus uirtutē diuinam, quam sua rebellione confirmarunt. Ita ueris re= rum uicibus, qui prius sublimes sedebant in thronis, huma= na sapientia turgescit, humana potētia & authoritatē for= midabiles, hos detraxit à rerum fastigio: & qui iuxta= mundum erant humiles, hos diuina benignitas susti= lit in altum. Qui religionis arcem tenere uideban= tur, deprehensi sunt impij: qui uidebantur esse alieni à Deo, subito facti sunt filii Dei. Qui suam agnoscen= tes iniustitiam, esuriebant iustitiam Dei, hos Deus expli= uit suis bonis. Contrà qui sibi uidebantur prædiuites,

IN CANTICVM MARIAE PARA-

ac bonis operibus abundare, & ideo non esuriebant gra-
tiam Euangelicam, hos reiecit à se famelicos. Circuncisio
uersa est in præputium: præputium successit in gloriam
circumcisio[n]is. Israélita sibi fidens, sectus est à regno
Dei, & Gentes ascitæ sunt in honorem filiorum Abra-
hæ. Superbus Pharisæus fastiditus est m[er]etrices, et humili-
lis publicanus receptus est. Stantes & erectos deiecit, iaa-
centes ac periclitantes, porrecta misericordia manu sub-
leuauit: qui uidebant, cæcos reddidit: qui suam cæcitatem
deplorabant, aperuit oculos. Qui morbum suum agno-
scabant, his salutem contulit. Qui sibi sanu uidebantur,
hos suo morbo reliquit. Qui se gloriabantur esse filios Ab-
rahæ, hos declarauit esse filios Diaboli. Qui nihil habebat
cognitionis cum Abraham iuxta carnem, hos per fidem
Euangelicam reddidit ueros Abraham filios. Qui se laetab-
ant gloriose nomine Israël, hos repudiauit ab heredita-
te promissorum Israëli. Ceterum quicunq[ue] quacunq[ue] ex
gente, siue seruus, siue liber sese offerret ad cultum spiri-
tualem Dei, hunc ad se recepit Deus, & in eo prestitit su-
am diu dilatam misericordiam, quam Prophetarum ora-
culis promiserat Israélitico populo, quem ut peculiarius
adamatum, in sacris literis appellat puerum suum. Non
erat oblitus sui promissi, sed ob longam moram, perinde
quasi fuisset oblitus, obrepserat desperatio. Nunc declara-
uit sese nequaquam immemorem sui populi: Hæc est enim
illa uera posteritas Abraham. Hic est ille uerus Israël, quæ
Deo commendat, non sanguinis propinquitas, sed fidei
syncerti-

Sinceritas, qua sola cernitur Deus. Non h.ec fortuito ca-
siue geruntur, sed hoc nunc exhibutum est, quod olim De-
us promiserat patribus nostris Abraham & posteris e-
ius. Dictum est enī Abrahe: In semine tuo benedicentur
omnes gentes. Dictum est David: De fructu uētris tui po-
nam super sedem tuam. H.ec olim promissa à pijs expe-
ctata, à multis desperata, nunc uisum est DE O perficere
ueris posteris Abrahæ, quorum genus non deficiet us-
que in finem mundi. H.ec fatidico spiritu Maria
proloquuta est, perinde quasi facta eſent,
que eſſent futura;

K s In

IN CANTICVM ZACARIAE PARA-
IN CANTICVM ZACHA-
rie, D·Erasmi Roterodami
Paraphrasis.

ZAcharias quoq; pater Ioannis totus afflatus diuino spiritu, erupit in hunc hymnum: Prædicanda est, inquit, & omni laudis genere uehenda est Dei bonitas, qui quum sit DEVS omnium, tamen peculiariter dici uoluit DEVS Israël: non quod non esset aliarum gentium Dominus, sed quod Israëliticum populum, typum esse uoluerit cœlestis illius populi, qui contemptis rebus terrenis aspirant ad æternam illam Hierusalem, ubi rebus inuisibilibus colitur D E V S. Ab his quocunq; sub cœlo degunt, quacunque de gente nati sunt, laudandus est D E V S, qui tandem dignatus est novo more inuiscere populu suum, iam miseræ diutinæque seruitutis tædio laborat, ac desperationi proximum, aduersus quem Satanæ, peccatum & mundus inuaderat, sic ut nec spes esset in Pharisæis, nec in Philosophis, nec in Mosaicæ legis ceremonijs: Respexit ille propitius, & ab his omnibus malis redemit grauito populum suum. Potens erat tyrannus, qui multo satellitio stipatus regnabat per omne genus hominum, à quo uiribus humanis non poterat uindicari libertas Israëlitarum. Solus D E V S hoste potentior, ad didit infirmis robur, misso duce uiucto, qui cornu diuinæ virtutis dei ceret aduersariorum opes: quiq; deuicta morte gratis conserret per fidem salutem æternam omnibus.

Hoc

Hoc Salutis præsidium, crexit nobis in gente Dauid cultoris sui, cui promiserat hoc beneficium, peruenturum hinc ad omnes, quicunque iuxta spiritum promerentur esse filij Dauid, non degenerantes à pietate patris. Ille fortiter ac feliciter pugnauit aduersus alienigenas, & hostes Israëlitici populi: hoc duce pugnandum est aduersus perniciosiores hostes, qui perimunt animas. Hi sunt Satanæ, cum spirituum impiorum copijs: hi sunt affectus præui, solicitantes ad ea, que Dei sunt inuisa: hi sunt homines magis amantes ea, que sunt huius mundi, q̄ ea quæ sunt DEI, per quos uelut organa uim suam exercit diabolus. Neque hæc casu sic euemunt: sed quod nunc prestat, iam olim promiserat D E V S per omnium Prophetarum ora, quos suo spiritu afflauerat, qui ab orbe conditio uaticinati sunt. Promiserat enim ut aliquando misso potenti duce, seruaremur ab hostibus nostris, & erueremur è manibus omnium, qui nobis pessime uolebant, conatus pertrahere in mortem æternam. Nec erat hoc meriti nostri, quibus præstítit hoc tantum beneficium, neq; patrum, quibus promiserat quod nobis exhibuit. Sic illius bonitati uisum, ut rem tantam largiretur immerentibus: sic illius iustitiae uisum est, ut quod promiserat, præstaret suo tempore, ut ab omnibus intelligeretur non modo misericordia beneficis, uerum etiam uerax ac promissi tax. Non enim promisit solum, uerum etiam foedus pepigit cum patribus nostris: iurauit per semetipsum Patriarchæ

IN CANTICVM ZACARIAE PARAO

Patriarchæ nostro Abrahæ, uidelicet illius admirabilis erga se fiducia delectatus, quod fretus promisso diuino, nō dubitarit immolare filium suum unicum Isaac, dicens: Per me et ipsum iuravi, quoniam fecisti rem istam, nec percisi filio tuo unigenito mea causa, benedic a me tibi, et multiplicabo posteritatem tuam, sicut stellas cœli, et arenam, que est in litora maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: et benedicentur per semen tuum omnes gentes terræ, propterea quod obedisti uoci meæ. Namrum hæc est uera posteritas Abrahæ, que non per ceremonias Legis, sed per obedientiam credulitatis obtinet perat DEO per Euangelium orbi loquenti. His præstatur promissa de inimicis uictoria, quibus à peccati tyranne liberas: liberatis à cunctis erroribus: liberatis à Satane iugo, contigit renunciare uitæ pristinæ: ut post hac securi nostri ducis præsidio, seruiamus uni, cui debemus omnia, qui prius seruieramus ambitioni, libidini, auaritiæ, seruieramus diabolo: seruiamus autem non sabbatis mis, neomenijs, abstinentia ciborum, immolatione pecudum, que speciem religionis habent apud homines, quemadmodum haclenus fecere maiores nostri: sed puritate conscientiæ, sed sinceritate uitæ, qui cultus est gratis simus in cōspectu dei: qui non respicit carnales uitimas, sed animi pietatē, amans sibi de suis donis sacrificari. Nec hic cultus prescriptis diebus exhibendus est Deo, quemadmodum haclenus factum, sed per omnem uitam nostram. Non enim est unquam ab his sacrificijs cessandum, sed semel gratis data

data pietas, sanctis studijs semper in maius est prouenientia. Nos itaq; felices diuino munere, quibus iuxta Prophetarum oracula datus est redemptor potens, ac Seruator invincibilis. Sed eiusdem Dei munere tu quoq; felix o pius er, qui tanti ducis præcursor delectus es. Quemadmodū enim Hesperus anteuenit Solis exortum, mortales somno torpentes ad lucis aduentantis expectationem expergescit: ita tu imminente Domini aduentu, qui per unicum filium suum decrevit orbem nostrum inuisere, præcurses, præparaturus animos hominū ad tantæ salutis susceptionem: ne si aduentus ille mentes hominum oscitantes & auersas offenderit, oblata salus uertatur in cumulum exitij. Efficies enim tuo baptismo, tuaq; prædicatione, ut intelligant sepe peccatores: ut sciant sibi opus esse medico: ut cognoscantiam adesse eum, qui solus omnium, omnibus per fidem Euangelicam largitus sit salutē eternā, uidelicet gratuitō condonatis peccatis nostris, quæ morie adferunt animi, & gratis collata nobis sua iustitia. Idq; contingit omnibus creditibus, nullis omnino meritis hominum, sed propter exuberantem Dei nostri misericordiā qui quos condiderat, perire noluit. Ab omnipotente conditi sumus: à misericordissimo restituti. Perieramus, nisi ille pro sua genuina bonitate misertus esset nostri, nisi ille ueluti Sol quidam cœlitus nobis exortus dispulisset tenebras ignorantiae nostræ: profligasset peccatorum caliginem, ac frigida corda suæ charitatis accendisset ignicubamus in tenebris, non poteramus ad illum oculos

attolle

IN CANTICVM ZACHARIAE PARA.


attollere. Ille se demisit ad nos, suisq; radijs in ania
mos nostros immisfis, serenus ac salutifer illuxit nobis,
qui prius in tenebris peccatorum, ac despe ratione Salutis
uelut in umbra mortis sedebamus. Idololatrijs excæcati,
mundanis cupiditatibus obtenebrati, currebamus ab im-
pietate ad impietatem, palpantes in densissima caligine:
pro cœlestibus amplectentes terrena: pro ueris umbras:
pro spiritualibus carnalia: pro salutiferis pestifera. Et ec-
ce in altissima nocte desperationis exortus est nobis ille
Sol æternus, ut animi nostri pedes dirigat in viam Euau-
gelicam, quæ est uia pacis: quæ per fidem & charitatem
humana diuinis conciliat, dirimens inimicitiam, quæ erat
inter Deum & homines: omneis orbis nationes in unius
nominis, in unius fidei professionē conglutinans. Deniq;
sedatis tumultuosis affectibus, unumquenq; hominem co-
cilians sibi. Hæc pius senex fatidico pectore promens, ex-
emplo Prophetarum, sic futura præcinebat, quasi iam
essent peracta.

ARGENTORATI APVD

Iohannem Heruagium, mense

Martio, ANNO

M.D.XXVI.



1995494